

FRANCISC. LUDOV. SOLAYRÉS DE RENHAC

AUGUSTISS. LUDOVICEI MEDIC. MONSPEL. QUONDAM DOCTORIS,
E SOCIETAT. REG. SCIENT. MONSPEL. SCHOLAE PRACTICAE
PARISIENSIS DEMONSTRATORIS DESIGNATI

COMMENTATIO

DE PARTU

VIRIBUS MATERNIS ABSOLUTO.

QUAM DENUO EDIDIT

NEC NON

PRAEFATIONE ET ANNOTATIONIBUS

INSTRUXIT

ED. CASP. JAC. DE SIEBOLD,

PHILOS. ET MEDIC. DOCTOR, HUJUSQUE ET ARTIS OBSTETRICIAE
PROFESSOR PUBL. ORD.

BEROLINI

APUD TH. CHR. FR. ENSLIN.

1831.

„Vidi lecta diu et multa spectata labore,
Degenerare tamen; ni vis humana quotannis
Maxima quaeque manu legeret."

VIRGIL. GEORG. LIB. I. V. 197 *ET SEQ.*

Lecturis S.

Facturusne operae pretium sim, si Vobis auctorem in arte obstetricia celeberrimum nova sub forma tradiderim, nec satis scio; nec, si sciam, meum esset contendere: quippe qui multis esse prioribus meritis obtrectantes propriaque solummodo studia aestumantes haud ignorem. Sed non omnes nostri aevi tanta tenet superbia atque vecordia, ut omnino contemnant veram temporis praeterlapsi virtutem, avorum laborem nepotibus institutum flocci pendentes: exstant adhuc inter nostros, quamquam: „*Rari nantes in gurgite vasto,*" qui bene cognoscant, quid debuerint exemplis prioribus: et si in tanta coaevorum turba his paucis solummodo non displicet susceptum meum, me consoler. Haud indignum vero auctorem me manibus vestris imponere, ex eo jam concludetis, si magistrum et praeceptorem fuisse Baudelocquii, celeberrimi in arte obstetricia herois, in memoriam revocetis: quem virum insignem omnes fere postea sunt secuti, quam-

quam Solayrém ipse designaverit magistrum, modestia sua non minus, quam ingenio et arte sua excellens. Quid enim modestius, quid melius virum omni laude superiorem ostendit, quam propria Baudelocquii verba, quae non solum magistrum, sed auctorem ipsum, discipulum, summo afficiunt honore: „*Il est un de ces derniers, dont le souvenir perpétuera sans cesse nos regrets, et à la mémoire duquel nous paierons toujours avec plaisir le tribut de reconnoissance, qu'il s'étoit justement acquis sur nous:* Solayrés *et celui, dont nous parlons. C'est moins l'homme, qui nous estimoit, que nous regrettons aujourd'hui, que la perte de son profond savoir sur l'art, dont il s'agit, qu'il a professé parmi nous avec la plus grande distinction. Ce que j'ai pu recueillir de sa doctrine ne sauroit diminuer le prix de cette perte: parce que l'homme n'a pu me transmettre son génie avec les connoissances, qu'il avoit acquises.*"[1]) Et: „*Pour que personne ne nous taxe de plagiat, nous déclarerons de nouveau, avec autant de plaisir*

1) Confer. Baudelocque l'art des Accouchemens. Paris. 8. Introduct. p. XVI.

que de reconnoissance, que nous avons puisé dans toutes les sources qui nous sont connues; mais que nous devons plus aux leçons de SOLAYRÉS, *et surtout à l'observation qu'à tout autre. La seconde partie de cet ouvrage, qui traite spécialement de l'Accouchement naturel, n'est, pour ainsi dire, que la traduction de la thése, qui a pour titre: Dissertatio de partu viribus maternis absoluto.*"[1]) — SOLAYRIS postea obliti sunt medici obstetricii, ejusque merita vix in libris compendiisque ad artem spectantibus recensuere: dissertatio ex titulo saltem vix nota erat [1]); nec deerant, qui indigno quodam modo non solum BAUDELOCQUII, sed etiam SOLAYRIS merita detrectare sint ausi, inter quos KENTISCHIUM quendam nomina-

1) Ibidem pag. XX.

2) Sic in recentissima FRORIEPII artis nostrae compendii editione octava Vimar. 1827, SOLAYRIS elementa artis obstetriciae solummodo laudantur, omissa dissertatione longe digniore de partu viribus maternis absoluto. „*Allein auch hier und da in neueren von Literatur übrigens strotzenden Schriften, sucht man, wo vom Geburtshergange die Rede ist, vergeblich auch nur den Namen* SOLAYRÉS; *obwohl man unter den zahlreichen Büchertiteln unbedeutende Machwerke, Schülerexercitia mit aufgeführt findet.*" NAEGELE *in* MECKEL's *deutsch. Archive V. B. 4. H.* 1819. p. 524.

re sufficiat [1]). Coaevi quidem, Le Sue, Le Roy, et postea Fr. B. Osiander notitias historicas quasdam de Solayré nobis tradidere [2]) : quae vero praeclara et arti salutifera praestiterit, silentio omisere, excusatione haud carentes, quum multa sint, de quibus spatio quodam temporis elapso judicium verum ac dignum ferri possit.

Inter recentiores Naegele, celeberrimus inter Germanicos medicus obstetricans, auctorem nostrum eo, quo dignus est, honore afficiens ejus merita atque virtutes nobis proposuit, ita, ut ei Solayris redivivi gloria summo cum jure sit tri-

1) Conf. Kentisch *Briefe an den Bürger* Baudelocque *über einige Stellen seiner Entbindungskunst. Aus dem Franz. v.* Martens. *Leipz.* 1801. 8.

2) La pratique des Accouchemens par A. Leroy. Paris 1776. p. 162.

Essais historiques, littéraires et critiques sur l'art des Accouchemens par M. Sue le jeune. Tom. sec. A Paris 1779. 8. p. 405. 453 et 527.

Fr. B. Osiander *Lehrbuch der Entbindungskunst. 1. Th. Liter. und pragm. Geschichte dieser Kunst. Gött.* 1799. 8. p. 368.

Tablettes chronologiques de l'histoire de la médecine puerpérale, par Schweighaeuser. Strasb. 1806. 8. p. 85.

buenda[1]). Solayris doctrinam de mechanismo partus accuratiori subjecit disquisitioni, et in multis eum veriora jam docuisse, quae magis congruerent naturae, quam recentiorum commentitia quaedam atque fabulosa, ostendit. Maneat vero Vir celeberrimus promissis suis, et Solayris opera manibus dexterrimis exarata propriisque ornata observationibus mox publici faciat juris[2]); me vero primum esse, qui grates

Plura quoque Baudelocque in praefatione laudati libri de Solayré ejusque meritis communicat.

1) Conf. *Ueber den Mechanismus der Geburt. Vom Hofr. u. Profess. Dr.* Fr. Carl Naegele. *In* Meckel's *deutsch. Archive f. die Physiologie, V. B. 4. H. Halle u. Berlin* 1819. 8. p. 483.

1) Elementa artis obstetriciae, Monsp. 4. jam anno 1765 edidit Solayrés. — Quem postea Augier du Fot edidit librum sub titulo: *Catéchisme de l'art des Accouchemens pour les sages-femmes de la Campagne, fait par l'ordre et aux dépens du gouvernement, Soissons et Paris* 1775. 8." Solayris esse opus, Baudelocquius contendit l. l. pag. XX. et du Fot p. VII. Catechismi sequentibus hoc confirmat: „Comme il est de première justice de rendre à un chacun ce qui lui est dû, nous annonçons ici avec plaisir et reconnoissance que nous avons profité de ce qui nous a paru convenir et être à la portée de nos sages-femmes, de l'inestimable ouvrage de feu M. Solayrés, par M. Baudelocque, dont celui-ci est le précis." Conf. quoque Le Sue l. l. Tom.

exsolvat sincerrimas, persuasum habeat. Quae ipse l. l. pag. 530 ex Seneca verba proposuit: „*Multum restat adhuc operis, multumque restabit,*“ in memoriam suam revocet; et si opellae meae imperfecta conditio nec satis digna tali auctore, eum impellat, ut haud diutius, quae de Solayré jam dudum collegerat, retineat, exacti mei laboris fructus atque praemia satis superque accipiam. Evanescat tunc opus meum, meliorique cedat, quod: „*Scandit odoratos Phoenix felicior ignes!*“

Quod attinet ad formam rationemque, qua usus sum in edendo Solayris opere, textum nudum typis tradere, in animo primum erat: tamen, quem inde usque, ex quo ejus studio operam dare coepi, editionemque novam curare decrevi, diligentissime perlegi et in deliciis semper habui auctorem, si possem, annotationibus ornare mecum animo constitui. Non quod

II. p. 489. et Le Roy pag. 166. — Sed de his omnibus celeberrimi Naegele judicium exspectemus, qui publicando disquisitiones suas de Solayris vita, scriptis etc. jam dudum inchoatas indefessoque studio continuatas aperiat ea, quae obscura hucusque et caligine operta latent.

inani persuasione intumescens, tantae tamque difficili rei pares omnino vires meas putarem, aut omnium optime a me perfici eam posse crederem: „*A nostris procul est omnis vesica libellis, Musa nec insano Syrmate nostra tumet;*“ sed quod scilicet Solayris merita atque virtutes tantam exercebant vim, ut vix silentio praeterire possem ea, quae verae naturae observationi depromta, nullisque fabulis permixta, ipse „*Sollertis sui ingenii*“ nobis reliquerat argumenta. Quam ob rem Baudelocquius saepissime laudandus, discipulique praecepta cum iis magistri multis in locis erant comparanda: nostris enim temporibus Solayris doctrinam adhuc valere, nemo infitias dabit, qui Baudelocquium postea omnes fere secutos esse, perpendat; principia vero in Solayré nostro quaerenda, vir modestissimus palam profiteri haud recusavit. — Sed nimis subtilis partus positionumque infantis divisionis, in multas species abeuntis, Solayrém esse auctorem, negandum non est: nimis indulsit theoriae, dignumque se ostendit medicum Monspeliensem, exem-

plum dum secutus est ejusdem scholae longe celeberrimum[1]), nam: „*Decipit exemplar vitiis imitabile.*“ In explicando vero partus mechanismo SOLAYRÉM excelluisse, primumque fuisse, qui accuratiori submiserit studio leges a natura huic functioni destinatas, summum ejus est meritum: doctrina ejus hodie adhuc floret, regulasque, quas naturae ipsius observatio eum docuerat, qua sola, annuente BAUDELOCQUIO, usus est magistra, veritati proxime accedere, ex eo elucet, quod medicis obstetriciis nil vero in ejus theoria erat mutandum, novorumque, quae recentioris temporis observata extant, vestigia quoque in SOLAYRÉ interdum sunt detegenda, quin ad errata typographica confugere opus sit, ut propria forsitan placita SOLAYRI quoque jam innotuisse, contendatur.

„*Sed certe magnus* HIPPOCRATES, *si*

1) Confer. Nosologia methodica sistens morborum classes juxta Sydenhami mentem et Botanicorum ordinem. Auctore FR. BOISS. DE SAUVAGES, profess. in Monspeliensi universitate etc. Amstelod. 1768. 4. — SAUVAGES diem obiit supremum XIX. Febr. 1767, sexaginta annos natus. Ibid. Tom. 1. Eloge de M. SAUV. pag. 20.

novisset recentiorum inventa, major fuisset!" Ne igitur credatis, me nimio teneri auctoris mei amore, sedulo annotare studui, quae auctoritatibus prioribus nimis confisus omnino abdicare nondum ausus est SOLAYRÉS: eodem modo recentioris temporis in arte nostra observata adjiciens, variorum de variis sententias addere haud dubitavi: „*Multa dies variusque labor mutabilis aevi Rettulit in melius!"* Novam vero cum SOLAYRÉ nostro incepisse artis obstetriciae aeram, inter omnes fere constat, qui non detenti literarum ignorantia ad fontes purissimos accesserunt, novumque per SOLAYRÉM lumen, priore majus, affulsisse arti nostrae cognovere. — Sed abstineam omnibus verborum lenociniis artibusque, quibus auctorem suum commendare non erubescunt interdum alii: „*Qui niger est, nulla candorem sumit ab arte!"*

Facere simul non possum, quin gratissimo animo incitatus Viro REUSS, bibliothecae regiae, quae Gottingae floret, celeberrimo antistiti, palam referam grates: quum enim anno MDCCCXXVIII SOLAYR. commentationem frustra in opulentissimo

Georgiae Augustae thesauro perquirerem, tanta ejus erat humanitas atque benevolentia, ut mihi paulo post denuo Gottingam adeunti, dissertationem, apud nostros non solum, sed etiam apud Gallos rarissimam, traderet, quam non sine opera atque impensu Parisiis acquiri curaverat. Faxit summum numen, ut longa eaque semper vegeta concedatur senectus Viro, cujus in me benignitatis nunquam obliviscar.

Vos tandem, qui evolvere hunc librum haud recusetis, Lectores benevoli, eodem ac ego, gaudio atque fructu, ut perlegatis Solayris opus, ex intimo corde opto: spero, fore ut, quae proprius adjecit calamus, intelligenti et aequo judici, si non omnia, nonnulla tamen facile probentur; caeteri vero sententiam vestram non praecipites expromatis, et cogitetis, aequum esse, quod M. Tullius dixit: *Par est, omnes omnia experiri: quod si quem ulla ingenii felicitas deficiat, honestum est in secundis tertiisque consistere, cui prima negata sunt.* Valeatis. Scr. Marburg. die II. Septembr. MDCCCXXX.

DISSERTATIO

DE PARTU

VIRIBUS MATERNIS ABSOLUTO,


quam, Deo duce, et praeside D. Rocho Dubertrand, artium et chirurgiae magistro, antiquo scholarum Praeposito, Regiae academiae chirurgiae Consiliario nec non Bibliothecario, tueri conabitur *Franciscus-Ludovicus-Josephus Solayrés* de Renhac, e loco Calhac, Dioeceseos Cadurcensis, Augustissimi Ludovicei Medici Monspeliensis Doctor, e Societate Reg. Scient. Monsp., Scholae-Practicae Parisiensis Demonstrator designatus.

Parisiis

in regiis chirurgorum scholis,

Die mensis Decembris, a sesqui-secunda post meridiem, ad septimam, A. R. S. H. 1771.

Pro actu publico et magisterii laurea.



TYPIS LAUR.-CAR. D'HOURY, S. A. S. DUCIS AURELIANENSIS TYPOGRAPHI.

MDCCLXXI.

D. D. Germano

PICHAULT DE LA MARTINIERE,

Regis a sanctioribus Consiliis;
Ordinis Regii sancti Michaelis Torquato,
Archichirurgo Regis Galliarum nec non Academiae
Regiae Praesidi perpetuo etc. etc.

Quam primum artem obstetriciam docendi munus mihi arrogavi, Potentissimi Galliarum Regis *Archichirurge meritissime*, epitomen, quae institutionibus domesticis materiem daret, adumbrare decrevi. Hanc qualemcunque tuo nomini sacram, tuo patrocinio fotam, Virorum Academicorum acrioribus ingeniis committere me flagrans, quo uror, Magisterii laureae consequendae desiderium impulit. Huic tu ne indigneris afflare, quam lumini dare, inaudito Flacci praecepto, haesissem, nisi coegisset nescia flecti necessitas. Hac, tuaque summa indulgentia fretus, hocce opusculum, tibi grata mente dicare audendum, existimavi: non

quod tuo praeclaro nomine dignum sit, sed quod de animo beneficiorum memore testetur. Tanta haec sunt, tanta in te virtutum cohors, tantus doctrinarum cumulus, quae neque tua sinit enumerari animi celsitudo, neque celebrare, ne laudando attenuet, mea tenuitas audeat. Dum tanto impares oneri silere cogimur, tu, *Archichirurge meritissime,* benigno, ut soles vultu, quod offerre sum ausus, munusculum excipe, ac diu et plurimum, ut arti praesis et cultoribus adsis. Vale.

FR. LUD. JOH. SOLAYRÉS
DE RENHAC.

DISSERTATIO

DE PARTU VIRIBUS MATERNIS ABSOLUTO.

I.

Partus sensu stricto sumptus, unius vel alterius sobolis, ex cavo uteri expulsionem significat, quoquo graviditatis tempore vel modo, quaqua via absolvatur. Huc redit molae vel extranei cujuscumque corporis ex eodem cavo detrusio.

II.

De signis, quae graviditatis terminum et laborem partoritium[1]) praenuntiant.

Haec vel rationalia sunt, vel sensu capiuntur. Rationalia 1°. Tempus, ex quo mulier catamenia non est passa, ex quo motus infantis primum persentit, quod decima octava vel decima nona

1) *Partoritium*, vox depravata, adjectivum a verbo parturio, quod desiderativum a pario, italic. „partorio", unde auctor noster *partoritium* suum formavit, saepius adhuc in opusculo occurrens. Solum vero in toto opere verbum inusitatum: „partoritium" viro Baudelocque vix scribendi praebuisset occasionem: „Cette thése pourroit passer pour un chef d'oeuvre sur cette partie, aux yeux des personnes *moins attachées à la diction latine* qu'à la doctrine qu'elle renferme." Quam opinionem refutare studuit celeberr. noster Naegele in „Meckel's Deutsch. Archiv

hebdomade evenit. Haec porro minus certa habeantur, cum inter praegnantes, his catamenia fluere non desinant primis gestationis temporibus[1]), illis citior, tardior, nulla a foetu concussio contingat. Sunt mulieres, quae masculinis citius quam femininis se exagitari praedicant partubus; unde de foetus sexu, quem enixurae sunt, vaticinantur[2]).
2°. Gravida corpore posterius reclinato incedit, ut graviditatis centrum in pedum basin cogat inci-

für die Physiologie V. B. 4. H. 1819. pag. 524." comparando auctore nostro cum Magno illo Gottingae ROEDERER, CELSO quem vocant inter embryulcos: „*Hinsicht der Construction und des Wortgebrauchs*, addit NAEGELE, *ist die Sprache streng genommen hier und da weniger correct als die des grossen Lehrers: dagegen ist sie lateinischer*". *Ibid.* pag. 525. — Poetarum morem interdum imitatus est SOLAYRÉS, dum ea suavi quadam sermonis elegantia verborumque lepore depingeret, quae natura eum docuerat, quin turgido scribendi modo, a SACOMBIO postea electo, lectorum patientia abuteretur. Melius, mehercle! observationes veras poetice describere, quam poesiam quandam fictam naturae obtrudere.

1) Anno 1818 Berolini observatum est in aedibus obstetriciis, plurimis gravidis menstrua fluxisse usque ad medium graviditatis terminum, nec ullam inde in matrem aut infantulum redundasse molestiam. Elucet, quid habendum sit de aphorismo HIPPOCRATIS Sect. V. LX. „Si mulieri in utero gerenti purgationes prodeant, foetum sanum esse impossibile."

2) Conf. LUD. BONACIOLI Enneas muliebris, cap. IV. in SPACHII Gynaec. pag. 130. „Mares praeterea partus magna ex parte circiter quadragesimum diem motus praepotes sunt, plus atque in utero motus, validiusque dextro potius latere inferunt" et JAC. RUFFIUS de muliebribus, ibid. pag. 172 inter alia masculi conceptus signa: „Primus motus plerumque die sexagesimo in dextro latere sentitur acrior." Evolv. quoque HIPPOCRAT. Aphor. XLVIII. sect. quint. — De motu infantis variisque ejus modis

dere, eoque magis reclinato, quo uterus gravior et ad pubem declivior: hinc forte cur tot praegnantes cito pede labuntur. 3°. Praenuntiatur parturitionis tempus abdomine voluminoso, unacum doloribus, quibus anguntur gravidae, nunc in uteri partem anteriorem, nunc in posteriorem seu lumbos, nunc in pelvim inferiorem tendentibus. His quaedam tam acute in regione lumborum vexantur, ut eos in pelvim tendere non sentiant. Apud quasdam abdominis volumen aliquot ante partum diebus collabitur. Quae per totum vel fere totum praegnationis tempus, cibum et potum respuerunt, absque ulla evidenti causa, gustu recreantur amoeno: aliae autem ad omnem cibum nauseam concipienti stomacho, debilitantur. 4°. Apud quasdam mulieres, in ultimo graviditatis tempore, frequens[1]), facilis est urinae emissio: apud alias adeo vero difficilis, ut quandoque necesse sit, uterum, uretram vel collum vesicae prementem, digito sublevare. 5°. Idem indicat ex vagina fluxus humoris

confer. Baudelocque l'art des Accouchemens, Par. 1789. Tom. I. pag. 217 et seq. In editione germanica, quam Ph. Fr. Meckel secundam curavit, Leipz. 1791. pag. 256 et sq. Quarta editione gallica anni 1807 careo, quare novam illam anni 1789 correctam et auctam laudare liceat.

1) In primis graviditatis mensibus frequentiori emittendae urinae cupiditate vexari mulieres, imprimis tempore matutino, celeberr. Wigand observavit, signisque graviditatis incipientis hanc mingendi cupidinem adnumerat. Conf. „*Von den Zeichen der Schwangerschaft in den 2 — 3 ersten Monaten.*“ Im Hamb. Magazin für die Geburtsh. herausgeg. von Gumprecht und Wigand, 1. St. 1807. 8. p. 28.

glutinosi, plus aut minus aquarum, quae vulgo spuriae dicuntur. Haec in plerisque diu ante partum observantur; unde quid secum auctoritatis apportent rationalia signa ad cognoscendum graviditatis stadium, apparet.

III.

His tantum signis fides sit, quae *tactu*, gallice, *le toucher*, obtinentur: hic resupina vel stante muliere, digito indice peruncto intra vaginam adacto, capitur. Primum interest observare, an vaginae parietes, pudenda sint turgida. Haec eo magis tumefacta et glutinosa sunt (caeteris paribus) quo partus vicinior Praegnans est; hinc usque ad uteri orificium ascendendo, perquirendum, an os tincae omnino obtusum sit, hinc inde limbi leves in primo partu, orificium facile cedens pressioni, an membranae digito occurrant; quod si premas orificii partes, facile dilatantur; hinc conjecturam licet inferre, ante octo dies enixuram fore mulierem, quod saepe ante quintum vel quartum evenit solem; imprimis si interdum digito percipias membranas esse duras, tensas, absque ullo dolore, vel manifesta uteri contractione [1]. Cum jam

1) „L'état des membranes sur l'orifice de la matrice, nous instruit bien plus sûrement du terme de l'Accouchement. On doit toujours le regarder comme très-prochain, lorsque ces membranes se tendent et se relâchent alternativement." Baudelocque l. l. §. 414. p. 226. — Saepius autem in primiparis eadem, quae

pluries utero gravata fuit mulier, pars uteri quae pelvi inferiori respondet, saepe turgidior est, quam in primo partu, oris tincae rima profundior; eo autem usque hians orificium externum, ut immissioni digiti pateat. Si aeque dilatatum sit internum, ut membranae digito immisso occurrant, et videas, quod invita crassitudine, non aegre ejus limbi hinc inde pressioni cedant, post paucos dies ipsam foetum edituram, spondeas licet. Saepe fit, ut ad primum partum mulier utero laboret, antequam uterini orificii rima digito pateat: sed tunc limbi adeo leves, ut fere ex se ipsis dilatentur; unde, nulla dilatationis ratione habita, proximum possis praedicare partum. Nonnullis gravidis orificium uteri ad membranas usque digito ample hiat [1]) etiamsi ad quindecimum, ad trigesimum usque diem et ultra exspectandus sit partus; ita, ut cavitas, durities, resistentia, vis oris tincae estimandae sint, ne falso stadium graviditatis ponas: quibus autem res sic se habent, immaturum saepe partum enituntur. Ex his omnibus supra dictis colliges, quae sit signorum partus ratio, quae iis habenda fides, ne te vana

supra annotantur, inveni: sed firmius digitum immissum amplectitur orificium apertum tenore quodam atque rigore praeditum, quod desideratur in iis, quae pluries jam enixae sunt.

1) „Mais il s'ouvre beaucoup plutôt dans les grossesses subsequentes et le museau de tanche reste plus gros dans les derniers mois; de sorte qu'il faut déjà de l'expérience pour ne pas se tromper à ces signes.“ Baudel. l. l. §. 418. p. 228.

ludat species: haec longo usu, taediosa forte, sed perutili tractatione confirmanda sunt [1]).

IV.

De signis, quae laborem partoritium instantem indicant, et de iis, quae per ejus decursum observantur.

Quae nondum utero gravatae, saepe doloris anxiae stimulis praejudicant partum mox futurum, qui sunt tantum graviditatis incommoda, unde Obstetricans accersitur. Caveat hic, ne cum doloribus partoritiis dolores spurios confundat: rem autem saepius extra dubii aleam tactus ponet. Digitum ergo perunctum, matre resupina vel stante, ad matricis orificium conferat, ibique, si quod ex iis, quae in sectione secunda et tertia diximus, offendat, videat an partus sit proximus, an non. Quod si doloribus vexetur mater, dum matricis orificium digito premitur, parsque membranarum quae respondet orificio, fiat magis tensa et durior, quod major adsit aquarum quantitas a regione

1) Quae digito, cui oculus noster insideat, legimus, certissima nobis praebent signa: praecipua enim artis obstetriciae praxis, testante Roederer, circa explorationem versatur, cujus quidem frequens exercitatio satis commendari nequit. — Manum aeneam, explorantis formam imitantem, *Junoni Lucinae* ex votis pro infantium salute consecratam esse, ex Th. Bartholini antiquitatibus veteris puerperii Amstelod. 1676. 12. discimus, qui manus iconem tradidit, pluriumque hujus voti soluti exstare indicia demonstravit. Optimum igitur Lucinae symbolum manus oculo armata.

infantuli ad membranarum partem, quae ori tincae respondet, quodque illi videatur, a digito in orificio uteri opposito, caput vel aliam quamlibet partem recedere *), et ea proportione qua uteri contractiones agunt, idem orificium dilatetur, si tenue, vel si crassum tenue fiat, tunc verum laborem partoritium profiteatur. Initio dolores leves, breves, intermissi; oris tincae, vaginae liquorem glutinosum, unctuosum, glandulae fundunt, qui viam illiniens, foetui lubricum egressum parat. Jam vividiores, acutiores, frequentiores fiunt dolores, hians orificium uteri, limbi tenues, magis tensae et extensae occurrunt membranae, pulsus fortis et altior, albuginea et facies rubeo suffusae colore, ex imo pectore validas inspirationes trahit mulier, clamores edit eo acutiores, quo sensus exquisitior, turgescunt aquis membranae, limbi orificii tenues, tunc magis crassi **); ad vomitum prona et mox in vomitum acta mulier; liquores glutinosi plus aut minus sanguine tingun-

*) Capitis distantia ex membranarum pendet aditu, et uteri partis quae pelvi respondet, potius quam corporis infantuli in cavo uterino ascensu.

**) Crassitudo parietum orificii, cum rima in certum hiat modum, provenit ab ingurgitatione, quae in his facta est partibus, vel a cumulatione fibrarum, quae operatur ea proportione, qua membranae per orificium aditum inveniunt, vel ea qua, his ruptis, caput proclivum ad vulvam propellitur.

tur *) quod sermone patrio audito, *la femme marque*, assignatur [1]). Demum orificii dilatatio nummi argentei majoris circumferentiam superat, membranae dirumpuntur, effusione aquarum recreatur plerumque mater, et quieti stupefacta datur, quae caeteris paribus, eo longior, quo aquae majori copia uterum impleverant, et matricis vis contractilis minor. Vix in se coarctatum viscus, quo foetus erat indutus, et pars quibus immergitur aquarum exundavit, dum de novo pariens doloribus torqueri, et etiamsi acriori vi, minus tamen exagitari, cum finem laboris partoritii adesse intelligat: quod si ruptis membranis non profluerint aquae, tunc saepe per intervalla, sed praecipue incipiente vel desinente dolore partoritio, raro in maxima pressione aufugiunt, caput foetus in pelvim inferiorem aditum invenit, modo ut dicemus dum de variis speciebus primi ordinis primae classis; in podice gravatur mulier, ita

*) Liquores glutinosi, sanguine ex ruptis sanguiferis orificii vasculis effuso, tinguntur †). —

†) „Vel velamentorum pars ab utero soluta, e minoribus uteri orificiis, quibusdam sanguinis guttis exitum concedit„, admonet Roederer: in omnibus tamen feminis non fluere istum mucum, jure addit.

1) „Mucus sanguine tinctus, quem *signa* vocant.“ Roederer Elem. obstetr. p. 85. Obstetrices nostrae expressione utuntur: „ *Es zeichnet* „ vel mucum ipsum sanguinolentum„ *die rothen Zeichen*“ vocant.

ut ventre levari credat necesse [1]); anus, perineum, vulva deorsum propelluntur [2]), tremore quasi convulsivo concutitur toto corpore, praesertim in extremis inferioribusque partibus, nunc magis in hac, nunc in illa, quod pressioni foetus capitis in nervos sacros tribuitur. Tunc acutissimi et fere non intermissi fiunt dolores, dilatatur vulva capite apposito, anxiatur acri dolore in osse sacro et in symphisi pubis parturiens, quod a se invicem diduci ossa pelvis, rumpique vulvae partes vicinas ipsi videtur. Extra vulvam prominere non moratur foetus caput. Quod si ruptis membranis non profluxerint aquae, tunc omnino elabuntur, et totus luci datur infans; omni luctu absolvitur mater, excepta in limbis vulvae commotione. Cum secundinis simul vel fere cum puero non est liberata mulier, haec quies novo dolore perturbatur, tum citius, tum tardius, quod a contractionibus uterinis harum expulsionem producentibus provenit [3]).

1) „Dès le moment ou la tête est parvenue dans cette cavité, beaucoup de femmes se plaignent du besoin d'aller à la garde-robe ; et quelques-unes retenues par la honte de laisser échapper leurs excrémens sur le lit, n'osent plus se livrer aux efforts qu'elles exercoient avec tant de succès auparavant, et auxquels elles sont alors si vivement sollicitées : ce qui retarde plus ou moins leur délivrance.“ Baudel. l. l. §. 646. pag. 316.

2) Conf. „ Anatomical tables with explanation and an abridgement of the practice of midwifery by Smellie, Edinb. 1789.“ Tabula XV^ma^ praeclarissime ostendit extensionem partium externarum, capite e pudendis prominente.

3) Qui descriptionem signorum partus et instantis et appropin-

V.

De Labore spurio.

Hoc designantur verbo dolores, quibus anguntur in utero, vel in lumbis, vesica, intestinis, stomacho, in aliisque abdominis visceribus Praegnantes, etiamsi non adsit partus. Mater et infans periclitarentur, si obstetricans pro labore partoritio haberet dolores spurios, qui a plethora, flatibus pravisque succis aut fermento concitantur, quique colicas, ventris fluxus, etc. procreant. Dolores ab aere in tuba intestinali, stomacho orti, borborygmis et flatibus ore vel ano editis, cognoscuntur; qui a pravis succis in stomacho hospitantibus, ructu nunc acido nunc nidoroso, putrido se produnt: pulsus plenus, fortis, frequens, facies et oculi vivido colore suffusi, membrorum torpor, capitis pondus, tinnitus aurium, etc. a plethora provenire designant: tenesmus a frequenti ventris evacuationis sollicitudine cognoscitur: fluxus autem a materiarum dejectione fluidarum: dysenteria a commixtione foecalium cum sanguine: symptomatibus colicae hepaticae, nephreticae, febris, aliorumque morborum, spurii etiam denotantur dolores. Tempus, ex quo se

quantis omnibus numeris absolutam laudeque majorem legere cupiat, evolvat Roedereri element. Cap. VIII. — Quae Solayrés breviter solummodo succinctisque indicavit verbis, ea fusius exposuit Baudelocque Second. Part. Art. II. p. 302. „De quelques phénomènes principaux du travail de l'Accouchement.“

utero gravari putat mulier, ex quo foetus motu compulsa, abdominis volumen etc. sunt et tot signa, quibus spurius designatur labor: haec autem adeo incerta, quod plerumque laborem partoritium concomitant; ideoque Embryulcus manu tanget foeminam, et observatis his omnibus, quibus varia graviditatis stadia annotantur, videat oportet, quid in orificio agatur, perstante dolore graviori, num quid in illo novum fiat orificio, num membranae cum digito ori tincae adacto veniunt, sint laxae, faciles mollesque; num orificii circumferentia sit tensa; num uterus in cavitate pelvis prematur; tunc spurium esse laborem certior est factus. Clarissimus LEVRET in arte obstetricia nulli 1) secundus observavit, quod

1) LEVRET l'art des accouchemens demontré par des principes de physique et de méchanique. Par. 1791. §. 535. „Si on la touche en cet état, on trouve l'orifice du museau de la matrice baîllant jusqu'au fond etc., *on y apperçoit même plus de chaleur, que dans les parties voisines etc.*" — BAUDELOCQUE miro quodam modo brevissimis verbis laborem, quem noster spurium designat, pertractavit, majorque in his discipulo magister. Virum BAUDELOCQUE omnes fere secuti sunt, SOLAYRÉM nemo. *„Nachdem der vortreffliche BAUDELOCQUE die Nebel der Irrthümer aufgeklärt, und das helle Licht der Wahrheit in seinem vollen Glanze über das System der Entbindungskunst, welches er auf unerschütterliche Grundpfeiler der Beobachtung und der Erfahrung aufgezogen hat, verbreitet hatte, sind alle Geburtshelfer nach ihm in die Fussstapfen dieses grossen Reformators eben so getreten, als unsere Vorgänger in die eines MAURICEAU's, VAN DEVENTER's, SMELLIE's, LEVRET's und anderer berühmten Männer." SOLINGEN das Mechanische der Geburt, übers. von SALOMON. Hannov.* 1801. 8. *p. XIII.* — Quae vero B. de spuriis habet doloribus, haec sunt: „Il est un autre genre de douleurs, qui méritent à juste titre le

majori calore agitetur os tincae, et verum in illis mulieribus, in quibus spurii dolores plethora concitantur. Etiamsi quae diximus in spurio labore

nom de fausses douleurs, relativement à l'accouchement; parcequ'elles y sont étrangères. Le plus souvent ce sont des douleurs intestinales; et plusieurs fois elles sont trompé les femmes incertaines du terme de la grossesse, ou qui n'attendoient que le moment de l'accouchement; parceque leur effet principal se passoit du côté du fondement, comme celui des vraies douleurs de l'enfantement." l. l. §. 613. p. 305. — Magni mihi momenti esse videtur, quod Solayrés, sagacissimus naturae perscrutator, caput inscripserit: „*de labore spurio*", quem ne confundas cum doloribus a nostratibus dictis spuriis, quibus auctor opposuit dolores partoritios (veros nostris). Tempore enim graviditatis, appropinquante partu et inter ipsum partum dolores spurii vexare interdum solent praegnantem, quam cruciatuum vicissitudinem inter partum „dolores mixtos vel aequivocos" designat Roederer. Solayrém vero affectiones gravidarum, sint partui viciniores nec ne, quae confundi possunt cum doloribus partoritiis, descripsisse nemo infitias ibit, qui attento animo accuratissimam auctoris descriptionem perlegat. Quae inter partum ipsum alia adhuc dolorum spuriorum species observatur, perversam seu depravatam uteri contractionem sistens, eam omisit Solayrés, fini suo haud respondentem: spuriorum vero dolorum denominationem in hoc casu, quam apud Roedererum jam vituperaverat illustriss. Wrisberg pag. 201. not. 93, eo mutavit celeberrim. Naegele, ut regularibus opponeret irregulares, quam divisionem omnes fere postea secuti sunt medici obstetricii, auctorem silentio praetereuntes. Conf. Naegele: *Erfahrungen und Abhandlungen aus dem Gebiete der Krankhh. des weibl. Geschlechts. Mannh.* 1812. 8. *pag.* 172. „*Statt der gewöhnlichen noch immer üblichen Eintheilung der Geburtswehen in wahre und falsche, (welche letztere aber den Namen Geburtswehen gar nicht verdienen, nicht in wirklichen Contractionen der Gebärmutter bestehen, sondern ausser derselben ihren Grund haben) scheint mir die Unterscheidung derselben in regelmässige und regelwidrige zweckmässiger zu seyn.*" —

saepius eveniant, non absolute raro fit, ut his orificium uteri et membranae sint magis tensae *), ac in podicem propulsae, fere eodem modo quo doloribus partoritiis; ita, ut tunc facile possint distingui: dignoscendum est graviditatis tempus, dignoscendae causae hujusce laboris, et levanda sunt propriis remediis, quae sunt phlebotomia, clysmata, ptisana, lenitiva, diluens, etc. temporibus complexionibusque aptata. His quandoque remediis ad tempus pacantur dolores partoritii, nec ideo

*) Mense Julio anno 1770, accersitus veni in domum *de l'ancienne Instruction*, sitam in via vulgo dicta *du Gindre*, sancti Sulpitii proxima. Orificium mulieris praegnantis patebat ad amplitudinem parvi nummi argentei: dolores erant continui, et vix uteri orificium anxiabant: membranae molliter tensae, biliosam vomebat fecem mulier. Obstetricis consilio incitabatur a 36 horis his uti doloribus: pulsus erat plenus et strictus, lingua turgida, venter tumidus: uteri abdominisque volumine facile perspexi, ad septimum graviditatis mensem tantum deduci foetum; invita orificii maxima dilatatione mulierem non enixuram fore pronuntiavi. Volui in brachio phlebotomiam institui, illamque uti decocto cicoraceo, in qua decoctione drachmas duas salis Glauberii per pintam infundi jussi; phlebotomia dolores fuere leniti, potu ventris evacuatio data, et crastina die matutinis horis mulierem profunda pace fruentem, et orificium minus dilatatum inveni. Ex senna, rhabarbaro, manna calabrina et sale Glauberii confectum medicamen fieri jussi, quo dolore levata est. Post quintum solem vix digitum in uteri collum introduxisses; et ad felicem post duos menses partum producta est mulier.

infausti partus cavendi exitus: spurii cessant dolores, et ad tempus solitum producitur foetura. Non his solum causis spuriis deducitur labor: a prolapsu, ab ictu, a nutritionis defectu, ab animae pathematibus, ab infantuli commotionibus quandoque etiam oritur.

VI.

De causis laborem partoritium promoventibus [1]).

Modus, quo uterus grandior fit, talis est, ut a fundo incrementum capiat. Dum uteri fundus se evolvit, incrementumque suscipit, tumescit corpus se se evoluturum, cum collum pari mox obsecuturum evolutioni, tumebit, donec evolutione atque incremento absolutis, potentiis contra-nitentibus obsequatur [2]). Tunc orificium colli hiat

1) Quae brevissimo apud Solayrém continentur capite, celeberr. Baudelocque eadem fere brevitate in sectione pertractat, cui titulus: „Des causes déterminantes communes de l'Accouchement." l. l. pag. 294. — Sequentem sectionem septimam, fusius a nostro atque accuratius elaboratam Baudelocque duobus explicat capitibus, quae inscripsit: „Des causes efficientes naturelles de l'Accouchement," et: „Des causes accessoires à l'action de la matrice." l. l. pag. 297 et 300.

2) „La structure de la matrice est en effet telle, que le col résiste dans le six ou sept premiers mois de la grossesse, pendant que les fibres du fond et du corps obéissent aux agens qui les distendent, et se développent; mais il n'est pas ainsi vers la fin, les fibres du col s'étant un peu relâchées, fournissent, pour ainsi dire, seules à l'expansion nécessaire, de sorte qu'en moins de deux mois cette partie s'efface et s'affoiblit tel-

magis atque magis, contractionesque uterinas cedendo determinat. Haec in utero eadem operantur lege, qua musculus antagonista fortior debiliorem superat, sive vis agens tonica sit, sive mere muscularis. Praeter hanc causam, quae utero non secus ac caeteris musculis inest, experientia constat, ictus, casus et medicamina non raro obstare evolutioni incrementoque fibrarum, uterum irritando. Id mali saepe evenit in mulieribus, quae pro prima vice in aetate provecta concipiunt. Plethora, animi pathemata, causis efficientibus etiam veniunt accersendae [1].

VII.

De causis partum efficientibus.

Causae partus efficientes sunt uteri contractiones potentiis secundariis auctae, musculis nempe, quorum contractione imminuitur abdominis capacitas. Ut clare deduci possit, qua lege uterinis contractionibus partus absolvitur, sat erit

lement, qu'elle ne peut soutenir plus long temps l'effort des autres." BAUDELOCQUE l. l. §. 585. pag. 295. —

1) Duplicem igitur modum distinguere juvat, quod ad contractionem uteri expulsionemque foetus pertinet: si enim contrahitur uterus debito, a natura ipsa praescripto tempore, legitimus inde et maturus partus eveniet; si vero praematurae uteri exstant contractiones, tunc abortus sequentur, foetusque vel immaturi vel praematuri in lucem edentur. Irritatio externa his in casibus nunquam non accusanda: „Contractio enim uteri in quolibet casu est effectus irritationis, quae si satis valida fuerit, uterum ad contractionem disponit" WRISBERG. in ROEDERERI element. p. 44.

attendere, collum esse partem debilissimam, tam ex propria compage quam repaguli [1]) defectu, cum pelvis excavationi immineat: hinc evenire necesse est, collum dilatatum fore, licet *) caeterae visceris regiones contrahantur et decurtentur, atque invita sua ad contractionem lucta [2]). Quod si quacunque causa eveniret, resistentiam colli vel caeterarum partium, quas permeare debet foetus, superare actionem corporis et fundi uteri,

*) Quando foetus ex utero paulo post aquarum effluxum non exit, viscus hoc ita corpori infantuli apponitur, ut vix in uterum manum introducas, et qua proportione illam inducis, videas segmenta uteri, quae magis coarctata fuere, respondere regionibus foetus tenuioribus; ita ut segmenta uteri, quoad resistentiam, representent alterum orificium †). —

1) Repagulum s. vectis, qui ostii valvis contra vim opponitur, a *re* et *pango*. Adhibetur plerumque plur. numero. „Occludite aedes pessulis, repagulis." Plaut. Cistell. a. 3. v. 18. „In templo Herculis valvae clausae repagulis, subito se ipsae aperuerunt." Cic. I. de divin. c. 34. — Caret collum uteri repagulo, quippe quod libere excavationi pelvis s. vaginae immineat.

†) Ad infantem vertendum qui manum unquam utero, aqua jamdudum destituto, immisit, operationis molestiam ex nimia matricis contractione certe observavit.

2) Lucta s. certamen, verbum minus usitatum. Forcellini nos docet, luctam fuisse unum ex quinque Graecorum certaminibus, quo alter alterum prosternere nititur. „Exercebat cum militibus ipse luctam, quinos, senos et septenos jam grandaevus ad terram prosternens.„ Capitolin. in Maximin. Cap. 6. — Mirum est, expressionem minus notam a nostro fuisse electam, nisi vires in utero varias et sibi oppositas designare voluerit.

tunc viscus hocce dilaceraretur, et foetus aut aliquod ejus membrum trans uterum erumpens, in cavum abdominis prolaberetur [1]). Vix ejecto foetu uterus se contrahit, et prae caeteris regionibus collum. Non semper aeque operosa est foeturae ejectio; interdum leves adeo dolores et visceris contractiones, ut gravidae uterum non fere majori molimine quam rectum exonerent [2]). Remissiones contractionum uteri magis vel minus durant pro actuali cujusque Praegnantis constitutione. Tibi harum causarum investiganti, opportunum erit, uterum conferre homini pondus quoddam operose trahenti, qui impensis totis post aliquod tempus viribus, fessus remanet, quiete reficitur, e novo operi manum admovet, iterum fessus non

1) „Quand l'orifiée ne peut s'ouvrir, si toutes les parties de la matrice résistent également, la nature s'épuise en vain, et le travail cesse à la longue; mais si un point de cet organe se trouve plus foible, il se déchire, et l'enfant passe en totalité ou en partie dans l'abdomen." Baudelocque l. l. Sect. II. §. 597. pag. 300.

2) Exempla nobis proposuit Fr. B. Osiander, curiosorum ille diligentissimus perscrutator, in „*Handbuch der Entbindungskunst.* 2. B. 1. Abthl. 1820. p. 18. in annotation. — „Neque semper in ratione contractionum cruciatus sunt. Multum saepe dolent feminae a parvis contractionibus, parum a magnis." Roederer l. l. §. 105. pag. 49. Sed: „Rara quarundam felicitas, quae liberos sine multo labore edunt, huc non spectat: hae enim ab omni plane dolore non sunt immunes, atque partes habent vitiose relaxatas atque insensibiles." ibid. §. 210. Et:

„Δεινὸν τὸ τίκτειν, καὶ φέρει φίλτρον μέγα·
Πᾶσίν τε κοινόν, ὥσθ' ὑπερκάμνειν τέκνων."

Euripid. in Iphig. in Aulid. 922. et 923.

tardat procumbere, quieteque restaurari: sic iteratis conaminibus, ad desideratum tandem scopum devenit. Ratione non absimili, uteri mollities ac inertia post quemlibet dolorem partoritium vires impensas declarant. Licet quandoque foetum et secundinas una uterus ejiciat, non raro aliquid temporis in molienda secundinarum expulsione sibi assumit. Harum detrusio nunc cum, nunc absque dolore peragitur. Si dum uterus placentae applicatur, orificium undequaque cedat, secundinae absque ullo fere dolore expelluntur: si e contra orificium coarctatum est, vel secundinae utero adhaereant, tunc novus exoritur labor par illi, quem passa puerpera est foetum enitendo, licet dolorum energia mitior ac brevior. Non a secundinis solum novus dolor ingruit, grumi sanguinei iis prasertim, quae jam foetum ediderunt, in uteri cavo coagulari, et persaepe sanguis in vasculis parietum hujusce visceris detentus, concitant dolores, partoritiis quandoque atrociores. Actioni uterinae foetum expulsurae suam symbolam addunt musculi abdominales ac inspiratorii[1]),

1) „Deux sortes d'actions y concourent; celle de la matrice et celle de muscles qui forment l'enceinte de la cavité abdominale. La première est la principale, la seconde n'est qu'accessoire: celle-ci presque dans tous les temps du travail est soumise à la volonté de la femme, au lieu que l'action de la matrice en est absolument indépendante.“ Baudelocque l. l. §. 589. pag. 297. — Inter musculos, quos Solayrés designat inspiratorios, diaphragma imprimis in consensum trahitur, spiritum parturiens dum retinet. Sunt igitur distinguendae contractiones

qui contractione cavitatem abdominis minuendo, non solum uterum et infantuli corpus in orificium, in quod introducendum est, tendunt, verum etiam anteridis [1]) funguntur officio erga uterum, a quo contractiones adjuvantur. His uti potentiis parturientem concitant dolores, ex resistentia partium, quas foetus perlustrare debet, ut in lucem edatur, orti; inde fit, ut cum persentiat uterum coarctari, ample inspiret, et tunc cavitas abdominalis coangustatur, contractiones uteri ac do—

non voluntariae (uteri) et voluntariae (musculorum abdominis etc.), quas nostrates „Bauchpresse" vocant. — Musculos inspiratorios accuratius designat Baudelocque, his utens verbis: „Pendant que les sterno-mastoïdeus, les scalénes, les grands et les petits pectoraux, les dentelés et autres, retiennent la poitrine et l'empêchent d'obéir à l'action des muscles abdominaux, la plupart de ceux, qui sont destinés aux mouvemens des cuisses et des jambes en sont autant á l'égard du bassin." l. l. §. 603. p. 302.

1) Quem anteridis verbi significatio haud fugit, in admirationem auctoris nostri quod ad perfectissimum, paucis multa designantem vigentemque sermonem, trahetur. Anterides pilae sunt structiles in imo latiores, et paulatim ad summum usque decrescentes, quae exterius adstruuntur parietibus, ad eos muniendos et suffulciendos. Vox graeca ab ἀντὶ contra et ἐρείδω, figo, firmo, fulcio. — Baudelocque verbo „*Arc-boutant*" usus est pro anteride nostri, explicationemque addit: „Les muscles abdominaux et le diaphragme ne contribuent pas seulement à l'expulsion du foetus, mais devenant en quelque sorte contigus à la matrice qu'ils pressent pour ainsi dire de toutes parts, soit médiatement, soit immédiatement, ils lui servent encore comme *d'arc-boutant*, et la mettent, dans beaucoup de cas à l'abri de la rupture, qui auroit été sans cela bien plus fréquente, qu'on ne l'a observée. l. l. §. 601. p. 301.

lores vividiori pungunt acu, solatiique avida parturiens valide musculos contrahit; indeque capacitas abdominalis minuitur, aerem inspiratum sensim sine sensu emittendo, et musculos quam diutius potest contrahendo. Hae autem potentiae augentur corporis situ, et fulcris, pedibusque, manibusque oppositis. Si attento videas parturientes oculo, vividis doloribus anxiatas, perspicias oportet nullum esse in plerisque musculum otiosum. Oculorum musculi atque aurium contrahuntur, et tunc haec organa tam acuto gaudent sensu, ut ne vel submissa voce susurrare valeas, quin colloquii fiat particeps, nec moveri, quin lynceis oculis omnes motus observet et sequatur [1]).

Partuum causae efficientes subventitiae sunt varia auxilia, per quae ex uteri cavo foetus evelluntur.

VIII.

De forma et situ foetus in utero.

Foetus in utero conglomeratur [2]): hanc tribus juvat partire diametris. Prima et longissima

1) En experientiae verae naturaeque observatae descriptionem perfectissimam, haud fictitiam nec ex libris depromptam! Et si reliqua, quae nobis Solayrés in opere suo tradidit, omnibus paene carerent verae observationis notis, haec sola descriptio argumento nobis esset, multum eum fuisse versatum cum parturientibus, earumque consuetudinem atque mores diligentissimo indefessoque subjecisse studio!

2) Conf. Baudelocque l. l. p. 234. „De l'attitude et de la situation de l'enfant dans le sein de sa mère." — Roederer l.

a summo capite ad partem inferiorem trunci: secunda a medio dorso ad partem superiorem crurium : tertia demum ab hypochondrio dextro ad sinistrum sumitur. Haec configuratio a flexione trunci in faciem anteriorem pendet. Femora abdomini apposita, crura femoribus, calces clunibus, pedes cruribus, ulnae brachiis, brachia partibus lateralibus et paulo anterioribus pectoris, manus pugnis factis, malis jacent. Hac favente forma, foetus potest in omnem sensum in uteri cavo moveri, quamdiu aquarum copia hujus organi parietes ita distantes, hinc et inde servat, ut nil repaguli majori occurrit diametro corpusculi : non sic [1]), cum parietes uterini sive a dextra ad sinistram, quod plerumque, sive ab alto ad imum, quod raro, ita vicini extant, ut impediant, quominus magnae diametri extremitas locum alterius occupet. Embryulcus tactus medio sexto mense saepe et facili negotio foetus

l. §. 79: Foetum inter uterum in glomus esse convolutum, nos docet. Transversum si infans teneat situm, nisi in hunc modo descriptum mutatur, uterum pelvimque egredi nequit. Conf. Hippocrates, qui foetum transversum comparat nucleo, angusto vasis ori incluso : „Quod si transversus exeat, gravis evadit affectio. Non secus enim, ac si quis in ampullam oleariam angusti oris, olivae nucleum immittat, qui transversus non facile educitur, eodem plane modo etiam mulieri gravis est affectio, ubi foetus transversus descendit, sic enim moleste educitur“ De morb. mulier. l. l. ed. Foesian. Sect. V. p. 167.

1) Sic interpunctio ponenda, nisi sensum minus perspicuum quaeras. Editio enim Parisiensis post „corpusculi“ puncto gaudet, et commate caret post „sic.“

caput offendet in praegnantibus, quarum pelvis apertura superior latior est. Incisio cadaverum in variis graviditatis temporibus, partus praematuri demonstrant, caput foetus fere semper per omnem graviditatis decursum niti orificio uteri, quod forte a graviditatis centro depromere non absonum est: huic causae succenturiatur trunci et capitis mutata proportio, qua fieri necesse est, corpus foetus ita locari, ut ejus pars latior, puta nempe truncus, occupet uteri fundum, caput autem, collum. His radicitus evertitur commentitia quorumdam ad septimum mensem foetus inversio, quae praeconcepta opinio hinc potissimum derivanda est, quod ante sextum mensem, pars digito occurrens inter tangendum, aegre dignoscatur. Haec ambigua diagnosis etiam post septimum mensem interdum perstat: oritur ab incrementi et evolutionis uteri ratione, qua collum pertinacius huic dilatationi resistit. Hinc fit, quod caput Infantuli, etsi ad apicem versum, ab exploranti digito longius distet, quam ut deprehendi valeat. In septimo mense, apex coni magis atque magis patulus evadit, et caput digito vel alia foetus corporis pars occurere sinit; hinc facile est eruere collapsus rationem, quo praegnantes foetuli inversionem jam factam praedicant, atque vividiorum motuum infantuli causam [1]).

1) Praeclarissima opinionis antiquissimae de inversione foetus refutatio! Levret eam adhuc docuit in: Essai sur l'abus des régles générales et contre les préjugés, qui s'opposent au pro-

IX.

De aquarum formatione.

Haec vox, *aquarum formatio*, audit membranarum in orificio uteri processum, et dicuntur perfectae, cum dilatatio orificii uteri majoris nummi argentei circumferentiam multo superat: tunc membranae veniunt in forma *follis chimici*. Quando sic figuratae, si uteri orificium est molle, facile pressioni obsequiosum, solitum est, has dilacerare membranas, eas comprimendo plus vel minus digito, dum aliqua uteri contractione laborat Parturiens. Si orificii limbi difficile obsequantur contractionibus uterinis, expectetur, dum vi laboris dilacerentur, nisi infensum omen partum arte absolvendum suadeat v. g. sanguinis profluvium, motus convulsivi etc. Satius est in-

grés de l'art des Accouch. Par. 1766. Sect. II: „De la culbute de l'enfant pour naître suivant l'ordre naturel" pag. 90, quod oraculum ad nostra usque tempora multi sunt secuti, inter quos viri ipso magistro majores. Conf. Stein: *Lehrbuch der Geburtshilfe*, 7. *Aufl. Marb.* 1805, (post ejus mortem editam primam) §. 434 et seq. — Dubie de hac opinione Roederer et Wrisberg sunt locuti. l. l. §. 80 et seq. quamquam totam eam relinquere nondum sint ausi: correctam nobis tradere conantur hypothesin veterum, qui subitum capitis descensum fieri contendunt. De veterum Graecorum et Arabum sententia evolv. Weydlich *Lehre der Geburtshülfe*, 1. *Theil. Wien* 1797. 8. *pag.* 42 et Osiander *Lehrbuch der Entbind.* 1*ter Theil*, *Liter. und pragm. Geschichte. Gött.* 1799. 8. *p.* 69. — Solayrém, qui primus fere inter Gallos Levreto opponere ausus est, Baudelocque libenter sequitur, optimumque adhuc contra commentitiam inversionis sententiam

expertum Obstetricantem naturae quam sibimet membranarum dilacerationem committere, ni in

argumentum cadaverum addit sectiones: „Le plus fort des argumens qu'on puisse faire contre la culbute, doit se prendre de l'observation. L'ouverture du cadavre a fait connoître mille fois, que la tête de l'enfant occupoit presque toujours la partie inférieure de la cavité de la matrice; et le plus souvent c'est la tête, qui se présente à l'orifice dans le cas d'accouchement prématuré, quel que soit le terme de la grossesse oú il se fasse. Si l'on a trouvé l'enfant placé différemment, soit à l'ouverture du cadavre, soit dans l'avortement; le rapport de ces cas à ceux, où la téte se présentoit, est à peu-près celui qu'on observe au terme de neuf mois.“ l. l. §. 444. p. 239. — Ante septimum graviditatis mensem caput interdum digito explorante per vaginam tangi contingit; recte igitur admonet Wrisberg, l. l. not. 38. p. 37. „circa sept. vel oct. mensem caput probabiliter locatur ad locum inferiorem, inde vero non sequitur, ante hoc tempus caput ibi non haesisse, cum digitus explorans hoc tempore primum uteri limbum inferiorem penetrare et caput tangere possit.“ — Starck, Jenensis ille artis nostrae magister dignissimus, jam hebdom. decim. sext. caput saepissime in pelvi invenisse voluit. Cf. Roederer, *Anfangsgr. u. s. w. übers. v.* Henckenius *m. Anmerkk. v.* Stark. p. 52. — Apud nostros jam Kornmannus (1731) et Boehmerus falsam inversionis foetus theoriam esse docuit in: Rich. Manningham artis obstetr. compend. quod denuo edidit, et duab. disquisitionibus commendat, ao. 1746. pag. 117. „Tantum abest, ut versionem foetus in utero, quae sicut vulgo fertur, *Das Kind hat sich gewendet*, octavo mense a superiori ad inferiorem uteri partem seu deorsum fieri ab autore nostro et ab aliis dicitur, dictumque antiquitus fuit, concedamus, ut potius affirmemus, tendere foetum versus orificium uteri vel parte graviori, vel pro ratione actionis foetus et reactionis uteri mutatur, ibique ad tempus usque partus detineri, donec ultimo gestationis tempore, descensu uteri in pelvim (germ. *Der Leib hat sich gesenkt*) nova quaedam abdominis ejusque figurae contingat mutatio, qua fit, ut gravida tunc temporis, vel pro ratione situs

praecipiti res versentur [1]). Harum autem dilacerationem ars quandoque operose exsequitur: haec difficultas a densiori compage, et saepissime ab adhaesione placentae ad orificium uteri pendet: hinc ex majori vel minori, quam inter dilacerandas membranas experimur, difficultate, suspicari licitum est majorem aut minorem placentae ad orificium uteri viciniam. Membranae orificio occurrentes, persaepe figuram intestini, plus minusve crassi referunt, ratione habita dilatationis orificii uteri, quae pendet a facilitate, qua obediunt membranae, ut in plerisque apparet Parturientibus, et a difficultate qua orificium uteri contractionibus cedit [2]). Ex hac membranarum conformatione, nihil ad foetus situm rite conje-

foetus, vel molis vesicae urinariae intestino recto aliisque incumbentis partibus, varia sentit incommoda."

1) Vidi obstetricem frustra vexare digitis scrotum infantis tumidum, quod — ovi membranas habuit. Laudare solummodo eam potui abstinentem ab instrumentis acutis, quibus interdum utuntur ad dilacerandas membranas.

2) „Toutes les fois que l'orifice de la matrice répond au centre du bassin, qu'il se dilate également, et que les membranes sont d'une texture ordinaire, la poche des eaux est arrondie, et semblable à une portion de sphère: mais quand l'orifice est appuyé contre un des points du bassin, ou qu'il ne peut s'ouvrir circulairement, cette poche prend une figure plus ou moins ovoïde; enfin elle s'alonge en manière de boudin, lorsque les membranes sont d'un tissu lâche et peu serré, sans que pour cela l'enfant présente une main ou un pied, comme quelques-uns l'ont avancé." Baudelocque l. l. §. 625. p. 309. —

ctari licitum est, licet quidam in contrariam partem disputent [1]).

X.

De signis, quibus dignoscitur an infans sit vivus, an vero mortuus in utero[2].)

Signa quibus declaratur infans vivus in utero, alia vero per graviditatis decursum ap-

1) Omnes fere auctores formam membranarum inter partum longiorem allantoïdeam, esse signum partus agripparum consentiunt. Habet adhuc ROEDERER inter signa, quae hunc partum praesagiunt: „In latam superficiem vesica non expanditur, sed mox transversam rimae diductae formam aemulatur, mox longior, laxior molliorque propendet." l. l. §. 594. E. pag. 247. — Simili vero gaudere figura membranas capite aliaque trunci parte praeviis, saepissime observatur, nihilque inde, ut SOLAYRÉS docet, ad foetus situm rite conjectari licet. — De duplici aquarum forma ejusque causa inter partum conf. ASTRUC l'art d'accoucher reduit à ses principes. Par. 1766. „Elles sont *longues* parceque la tête de l'enfant n'étant pas engagée, et ne fermant pas le passage, les eaux de l'amnios continuent de tomber dans la poche, et l'allongent de plus en plus. Au contraire, quand l'orifice de la matrice s'ouvre facilement, et que la tête de l'enfant s'y engage du moins par le sommet, les eaux sont *larges*, parce que l'ouverture de l'orifice est grande, et elles sont *plates*, parceque la tête de l'enfant empêche qu'il en coule beaucoup, et que le peu qui est déjà passé, est obligé de s'applatir à mesure que la poche s'élargit." — Quae de formatione aquarum illustrissimus WIGAND in opere suo omni laude superiore „*Die Geburt des Menschen* etc." reliquerat, digna sunt, quae huic nostro paragrapho comparentur. Evolv. libr. mod. laud. Vol. II. pag. 325. „*Von dem Fruchtwasser und der Fruchtblase.*"

2) „Medici obstetricii praxis praecipue hoc caput requirit, cum tot in partubus laboriosis necessariae saepe operationes

parent, alia instanti labore partoritio, quae omnia vel rationalia sunt, vel tactu capiuntur.

Rationalia, quae per graviditatis decursum observantur, quibus ad praesagiendam vitam foetus ducimur, sunt Praegnantis prospera valetudo, hilaritas, incrementum abdominis continuum, motus foetus in utero, quibus parumper moventur initio quarti vel quinti mensis, nam rari sunt motus foetuum in utero, vel ante hoc tempus nimis leves, ut eorum praegnantes consciae fiant: in quibusdam tardius, in aliis nusquam vigent [1]). Sunt foetus, qui tanta vi uterum concutiant, ut Gravidae molli atque delicata corporis constitutione praeditae, in motum convulsivum abeant, et animo deficiant. Motus, quibus se angi dicunt mulieres, sunt signa rationalia obstetricanti, nisi apposita manu in uteri regione, sentiat vel videat ita foetum commoveri, ut tunicae vel alia praegnantis abdomini superposita exagitentur. Embryulci manus nunc calidior, nunc frigidior abdomini superducta, saepe hos motus etsi leves

vitae foetus contradicant. Perforatorii usus fere solus hanc normam sequitur, et vix ullo in casu, rarissimis exemplis exceptis, locum habet, habere saltem debet, nisi foetus demortuus sit. Semper a mitioribus remediis inchoandum, et ad graviora progrediendum, qui vero diversi gradus, ex solo aut viventis aut demortui foetus indicio determinandi sunt.“ Wrisberg l. l. An not. 88. pag. 162. —

1) Observavi nonnullas gravidas, quae nunquam per totum graviditatis tempus infantis motum sentierunt, et nihilominus justo tempore vividos vegetosque enixae sunt pueros. Ne uni credas signo!

persentiet. Si id negotii motiones foetus non suscitet, digitum per vaginam usque ad uterum producet obstetricans: tentabit agitare foetum, uterum sublevando; et altera manu abdomini posita, animadvertet, num foetus aliquo motu agitetur independenter a pressione, quam cum digito exequitur in parte uteri et corporis infantuli, aperturae pelvis superiori respondente [1]). Saepe fit ut Embryulcus observet motus infantuli, quos non sentit ipsa mater. Inter palpandum, elabente septimo, octavo, nono mense, saepe observandum venit motus infantuli digito per vaginam ad uterum, et hoc mediante ad foetum impacto, suscitatos, matre nescia, fieri. Motus factitii iidem sunt ac illi, qui in gravidis peraguntur, et qui earumdem motiones a gravitate ipsiusmet corpusculi oriuntur; hinc eruitur, Matrem hos solummodo motus persentire, quos foetus ipse determinat et exequitur.

1) Singulare nobis experimentum proposuit Wrisberg, cujus mentionem huc facere nos non pigeat. „Felici, inquit, nonnunquam successu, in determinanda vel praesente vel absente graviditate, alia usus sum encheiresi. Genas nempe et totam faciem nudo abdomini applicui; cum enim exquisitius tunc sentirem, faciliori opera, minimas embryonis resistentias, motumque dijudicare poteram. Ex diverso etiam caloris gradu non sine omni probabilitate genarum ope hydropicum tumorem, a gravido utero distinguere potui.“ l. l. annot. 63. p. 69. — Simile quidquam et haud minoribus in praxi difficultatibus subnoxium auscultatio recentissimis temporibus ostendit. Qualis esset Solayris nostri redivivi, auscultationis lusum contemplantis, admiratio, qui popularibus suis non solum sed omnium fere terrarum ob-

Rationalia signa, quibus cognoscitur foetum vita frui, labore partoritio instanti, oriuntur ex prospera valetudine matris per graviditatis decursum, et praesertim de eo omni, quod evenit in partu: haec confirmantur motibus foetus, quos experitur embryulcus manu ut in praecedenti casu apposita regioni abdominali. Cum membranae diruptae sunt, his signis addendae pulsationes arteriarum praecipuarum, quae ab exteriori capitis foetus parte veniunt, quaeque ab Embryulco sentiuntur, pertractando partem capitis appositam: nec persentiuntur fontanellae motus, ut plerisque placet *). Pulsatio funiculi, cum digito venire po—

*) Cum digitus adaptatur fontanellae, pulsatio creditur sentiri, quae eadem est ac illa, quae persentitur adaptione digiti in gibbis parietalibus, vel in qualibet capitis parte, in qua non sunt arteriae. Haec pulsatio ab arteriis digiti obstetricantis venit. Si quandoque motus quidam in fontanella tactu percipitur, tribuendus est actioni crotaphitarum (muscul. tem-

stetricantibus tanta diligentia, tanto virium impensu, novam artis nostrae straverit viam, quae proh dolor! a multis postea relicta vix et ne vix quidem recuperari potuit. Nonne cum Horatio exclamasset?

„Damnosa quid non imminuit dies?
Aetas parentum, pejor avis, tulit
Nos nequiores, mox daturos
Progeniem vitiosiorem.“

Carm. lib. III. 6.

Sed praebeat Juvenalis solatium:

„Sic natura jubet, velocius et citius nos
Corrumpunt vitiorum exempla domestica, magnis
Cum subeant animos auctoribus.“

Satyr. XIV.

test, foetus vitam confirmat. Si obstetricans cogitur introducere manum in uterum, vitam etiam tentabit infantuli cordis pulsatione quam sentiet digitum immittendo in regionem, quam occupat, vel in ore infantis motus linguae sentiet, et praesertim conatum, quo tentat infantulus inferiorem maxillam ad superiorem ducere, quin velit sugere, ut plerique contendunt. Quando partes molles foetui perlustrandae contractionibus uterinis difficile cedunt *), aut quando arctior est pelvis relative ad volumen capitis foetus, pars cutis crinitae, quae respondet orificio, tumefit, si foetus vita fruatur. Hoc signum adeo certum [1]), quod tumor augeat ratione temporis laboris

poralium) etc. Idem invenit, experimentis confirmavit et docuit in consilio obstetricio legali, quod mecum communicavit Dr. Peyrilhe, Doctor medicus, scholae magister et Acad. scient. Tolosanae socius. Triplicem autem erroris causam assignavit 1° motum malae superioris, qua in consortium trahuntur quatuor anguli ossium in hunc fontem desinentium, ex parte foetus vivi: 2° capitis emphysema in foetu denato: 3° ex parte obstetricantis, arteriam explorantis digiti, vel forsan arterias, margines colli uteri perreptantes.

*) Tumores cutis pilosae saepius pendent a resistentia orificii, quod patet immissione digiti intra limbos hujus orificii et foetus caput. Hoc negotio observatur, partem cutis pilosae, quae orificium supervenit, esse unicam tumore turgidam.

1) „De vita autem circuituque non est, cur dubitemus, quoad in tumorem caput aliave pars elevatur, elevatusque tumor ampliatur." Roederer l. l. 380. pag. 165.

partoritii. Cum autem hic tumor pendet a resistentia superioris aperturae pelvis, minuitur, cum gibbi parietales supergressi sunt hanc aperturam, et cum orificium uteri cessat, comprimere cutim capillosam, quod satis est, ut depressio tumoris fiat, quin mors foetus ex eo possit inferri. Nec credas tumorem, de quo nunc sermo fuit, illum, quem in cuti pilosa foetuum diu ante partum defunctorum sentire videris. Signa quibus certe perspicias vel auspiceris, quod nunc dicimus, veniunt palpando caput infantuli paulo post membranarum rupturam: cutis pilosa videtur magis crassa, quam natura esse debet. (Symptoma quo statim deneges, caput objici, sed potius clunes aut quamlibet aliam partem). Si tunc orificium difficile cedit, tumor supervenit; ex quo dijudices puerum vivum, etiamsi a longo tempore morte extinctus sit: in illo casu tumor non est aeque durus vel aeque tensus ac in primo; cum comprimitur, in pristinum redit statum tardius, impressionemque facit in digito, quam diligens obstetricans facile deprehendet. His signis addas, quod si manum imponas capiti foetus, ad suturas calvariam comprimas, ossa illius cedere credas, et deprimi facilius, quam cum vivit foetus [1]). Hic status cognoscitur frictione laterum ossiculorum,

1) „Foetus quidem quoad vivit, turgere cerebrum solet, cranium expandere, et ossicula, ne sese tangant, dimovere. Collabitur autem, cum sanguis reliquaque fluida quiescunt, cerebrum, concidunt cranii ossa, vicina tangunt, margines, si di-

quando comprimuntur, et quia alia aliis facile perfricantur.

Signa quibus mors foetus praesagitur per graviditatis decursum, sunt ipsiusmet inertia foetus, morbi tam acuti quam chronici, quibus torquetur mulier, facies plumbea, livida et lutea, oculi excavati, circumfossi, spiritus foetidus et difficilis, capitis dolores, aurium tinnitus, animi defectus frequentes, et virium praegnantis debilitatio, dimotio uteri versus partem, qua jacent gravidae, cessatio incrementi abdominis, motuumque foetus qui debiles fiunt, ultimum gestationis terminum accedendo; denique cessatio omnimoda ipsorummet motuum, quae in quibusdam anteceditur motibus incognitis: hi forsan sunt convulsivi, vel natura eorum quos patitur Infans, dum vita fungitur. Fit etiam in plerisque praegnantibus, elapsis duobus aut tribus diebus post novissimos motus, ut sororientur mammae non secus ac post partum evenire solitum est. Hoc non est tamen signum absolute certum mortis foetus: hoc testis vidi evenire in plerisque mulieribus, quae enitebantur pueros vita tamen debili fruentes. Attendendum est, hanc uberum turgescentiam non confundere cum illa, quae a succione praeparatoria oritur. Ne his praeparationibus assuescant Praegnantes, nisi ab-

gito os cranii movetur, collisi stridorem edunt. Stridentia ergo cranii ossa mortuum esse foetum nos docent." Roederer l. l. §. 384. pag. 166.

soluta lactandi impotentia ex prava papillarum conformatione immineat : res enim non vacat periculi [1]). Vidi unam ex illis a sponso suctam in octavo mense, cujus mammae adeo turgidae, ut axillae, parsque posterior humeri eodem modo tumefactae fuerint, quo tumefiunt post partum, febre vulgo lactea dicta. Decoctum plantarum diureticarum, infusio flor. Samb. cum Drachm. jß salis Glaub. per pintam morbidae data potu communi et diaeta, hujus infausti eventus, per septem vel octo dies remedia fuere. Mulier quinque hebdomatis elapsis, validum generosumque enixa est infantulum.

Phaenomena jam superius allata, vel absentia eorum, quibus cognoscitur foetum vita frui, praecise sunt tantum signa, quibus mors foetus suspicari potest; ita ut non possis, nisi per modum eis stare plus aut minus, prout illa omnia symptomata gravi vel levi possunt esse pondere. Quae mortem foetus confirmant, et quae ope tactus cognoscuntur, sunt cessatio omnimoda pulsus funiculi, et corporis infantuli putredo *).

*) Infelici sorte evenit, quod saepius signa, quae certe demonstrant putredinem foetus, non appareant, nisi cum artis auxilia quam optime adaptata, non

1) Imprimis si pejoribus noxiisque utuntur ad suctionem adminiculis gravidae, qualia sunt caniculi, viri, sponsi, qui oestrum excitant venereum; notus enim est connexus inter mammas partesque genitales. Conf. El. von Siebold *Krankheiten der Wöchnerinnen. Frankf. a. M.* 1826. *pag.* 464.

Haec apparet humoribus ex uteri cavo ortis, praesertim separatione epidermidis, et facilitate, qua partes osseae calvariae, quando orificio uteri respondent, aliae aliis adfricantur. Notandum interdum, quod si epidermis sublevetur e parte infantuli in uteri orificio propendente, ut v. g. ex una extremitate, aut ex parte cutis pilosae tumefacta vel circumscripta, hoc non esse signum certum mortis foetus [1]. Infelix docuit experientia, difficile, si unquam, judicium esse. Liquores ex uteri cavo erumpentes foetidi, odorem cadaverosum fundentes, absentia pulsus in brachio foras educto tumefacto, epidermidis separatio etc. pluries fefellerunt obstetricantes, qui mortuos habuere, atque dilaniavere plenos vita infantulos, passisque aerumnis superstites [2]. Caute te geras, ni certa certior sit infantis mors, aut suprema ma-

possunt vitae matris periclitanti inservire: invitis tamen his omnibus signis evidentibus, Embryulcus non committet naturae vicibus Parturientem; etenim recte annotat clarissimus Lamotte, naturam arte adjutam effectus suppeditare insperatos et mirabiles.

1) Pemphigo in utero laborantes foetus vidi, quibus epidermis a levissima contrectatione secessit.

2) Conf. medico-chirurgical transactions Vol. 12. p. 2. Hammond ibid. de perforatione infantis narrat, qui horribile dictu! vivus e matris educebatur gremio, clamore vitam manifestans. Quadraginta sex horis praeterlapsis diem obiit supremum! Carus, qui eandem narrat historiam, addit: „*Welch' Gefühl musste bei einem solchen Falle den Arzt ergreifen!*" *Gynaecol. 2 Thle. pag.* 336.

tris dies luceat, ni adsit maxima supradictorum summa, quae mortuum declarat foetum, ut cito citius e gremio educatur [1]).

XI.

De utero obliquo.

Obliquus dicitur uterus, cum ejus axis divertitur ad angulos plus aut minus ad rectum accedentes pelvis [2]), quod fieri potest inclinando ad dextram vel ad sinistram, antrorsum vel retrorsum, qua proportione partus approximat [3]). Intestina tenuia compulsa ad unum aut alterum

1) Causas necantes ante et inter partum Roederer l. l. §. 389 et 390. pag. 168. exposuit. — Praeclarissima et digna, quae huic capiti annectas, tradidit nobis celeberrimus Naegele in libello „de jure vitae et necis, quod competit medico in partu. Heidelb. 1826. 4.“ Minus semiologiam infantis vivi mortuive pertractat auctor, quam sueta sua sagacitate quaestionem disquirit: annon liceat medico infantem perforatione occidere, ut servetur mater. — Conferri etiam potest dissertatio, eidem fini inserviens juridica, quae *de jure embryonum*, Jenae 1716 sub praesidio cel. Wildvogelii quondam prodiit. — Confer. quoque: „Herholdt *Commentation über das Leben, vorzüglich der Frucht im Menschen, und über den Tod unter der Geburt, a. d. L. von* Tode. *Kopenh.* 1803. 8.“

2) „Quando uteri axis longitudinalis cum pelvis axi minus convenit, uterus oblique situs dicitur.“ Roederer l. l. §. 449. pag. 199, qui praeclarissimum de partu difficili et praeternaturali ob situm uteri obliquum reliquit tractatum.

3) „Les auteurs, qui ont parlé de cette obliquité, en ont établi quatre espèces générales: 1) l'obliquité en avant; 2) celle en arrière; 3) celle du côté droit; 4) celle du côté gauche.“ Baudelocque l. l. §. 275. pag. 161.“

latus abdominis, dextrorsum aut sinistrorsum uterum reclinant. Angulus prominens connexione ossis sacri cum columna vertebrali efformatus, obversusque uteri faciei posteriori, alii vel alteri directioni favet. Si uteri fundus frequentius inclinetur ad dextram, et orificium ad sinistram, tribui potest mesenterio, cui tenuia intestina alligantur: hujus autem dispositio talis est, ut a parte dextra ad sinistram tendat; unde haec viscera ex natura sua saepius feruntur in latus sinistrum. Primis mensibus graviditatis intestinum rectum plerumque cogit uterum ferri proprio pondere in latus dextrum. Cum intestina dividuntur in duos fasciculos circumcirca aequales, quorum unus ad sinistrum, alter ad dextrum collocatur, uteri axis sequitur directionem axis pelvis, caeteris paribus remanentibus. Sed si fasciculus intestinalis collocetur intra uterum et columnam vertebralem, abdominis facile cedentibus musculis, hujus organi fundus antrorsum inclinatur, et ejus orificium retrorsum. Obliquitas fundi uteri ad columnam vertebralem debet esse rara; sed tamen quandoque in praxi videnda praecipue pendet a resistentia musculorum abdominalium, et altae projectionis, quae articulationi columnae vertebralis cum osse sacro debetur [1]). Semel hanc

1) Levret eandem fere uteri obliquitatis ad columnam vertebralem causam proposuit in: L'art des accouchemens. Paris 1761. 8. §. 635. — „Mais il y en a une particulière, qui la détermine à se porter en arrière, c'est lorsque les Vertèbres des

et iterum vidi obliquitatem in quarto et in quinto graviditatis mense: sed in utroque aderat ingurgitatio seu tumor intra collum uteri et intestinum rectum, quo orificium oris tincae in faciem ossium pubis pellebatur. Notandum insuper in omni obliquitate laterali, uterum esse quasi torsum; unde v. g. quando uterus est fundo obliquus in latus dextrum, orificium in sinistro positum, tuba Fallopii sinistra magis antrorsum, dextra vero magis retrorsum posita est. Hanc distorsionem tribuit illustrissimus Levret adhaerentiae placentae parti sinistrae et anteriori matricis. Talis placentae positio huic torsioni favere potest, quamvis praecipue debeatur positioni intestinorum tenuium in latere sinistro [1].

Lombes se trouvent arquées à contre-sens de l'état naturel." „C'est à dire, addit Baudelocque l. l., que leur ensemble décrit un enfoncement en devant; au lieu de cette convexité, qui nous a paru jusqu'ici d'autant plus grande que la femme étoit plus contre-faite. Aucun exemple ne nous a encore présenté la réalité d'un pareil vice de conformation; et nous ne voyons dans les signes de l'obliquité postérieure de la matrice, décrits par quelques auteurs, que les signes d'une matrice „située verticalement au plan incliné de l'ouverture d'un bassin bienfait," pour nous servir des mêmes expressions que M. Levret et bien plus dans la direction où il la représente, quand la femme est couchée sur le dos."

1) De placentae extra fundi medium adhaesione tamquam causa uteri obliquitatis, vid. Levret Observations sur les accidens de plusieurs accouchemens laborieux. Paris 1770. 8. tom. 2. pag. 73. *Uebers. v. Walbaum. 2. Bd. p.* 79. — Torsionem uteri oblique siti jam Deventer descripsit. Conf. H. a. Deventer: „Observationes chirurgicae novum lumen exhibentes etc. Lugd.

Experientia constat, uterum esse quandoque obliquum ad dextrum per suam partem superiorem, etiamsi placenta adhaereat parieti laterali sinistro. Idem etiam fit in plerisque mulieribus in latere dextro assuefactis recumbere: unde concludendum, adhaesionem placentae tali vel tali puncto uteri, habitumque recumbendi hoc vel in illo latere [1]), favere tantum situi matricis procreato locatione tenuium intestinorum in cavitate abdominali. Si, ut contendit DEVENTER, obliquitates uteri infaustum causant partum [2]), si-

Batav. 1701. Cap. 48. p. 249. „Quisquis mente probe percepit, quod uno tantum verbo jam annotavi, nimirum: uterum ita in alterutrum latus obliquatum plerumque etiam non nihil detortum esse." Sequitur explicatio adhuc accuratior. — BAUDELOCQUE l. l. §. 285. pag. 169 similis torsionis mentionem facit, SOLAYRÉMque optime hunc mechanismum descripsisse laudat." On pourroit même assurer, qu'elles impriment à la matrice un léger mouvement de rotation, qui tendroit à porter sa latérale gauche vers le devant du bassin; SOLAYRÉS en a clairement expliqué le mécanisme," ejusque disputationem de partu etc. in annotatione designat. — Celeberrimus quoque DEVENTER intestina accusat tamquam causas, obliquum uteri situm procreantes. l. l. Cap. 46. pag. 204.

1) Consuetudinem decubitus ad unum latus tam extra quam praecipue intra tempus graviditatis ad obliquum uteri situm disponere, multi contendunt auctores. Conf. DELEURYE *Abhandl. über die Geburten. Uebers. v. FLEMMING. Bresl.* 1778. *p.* 293. §. 780. Plura et digna quae legantur, de hac re OSIANDER docuit. *Handb. der Entbindungskunst. Tüb.* 1819. 1. *Thl. p.* 482. §. 525.

2) „Ex hoc quadruplici pravo uteri situ et reliqui facile possunt colligi, si scilicet fundus uteri plus minus prorsum vel retrorsum, dextrorsum vel sinistrorsum deflectit, partum inde plus minus difficilem reddens, quo magis scilicet vel minus pravus iste a naturali situ differt." l. l. cap. 11. p. 47.

nister hic eventus pravis foetus positionibus praecipue debetur. Nullus Embryulcorum non observavit tantam quandoque uteri obliquitatem, ut ante laborem, vel etiam ineunte labore, ad os uteri pertingere, nullo negotio licuerit, quique, dummodo foetus congrue situs sese objecerit, partum felicissimum pluries non mirati fuerint[1]. Ut res exemplo lucidior evadat, ponamns foetum apice, capite nempe in pectus prono, in ileum sinistrum nitente, prospicientem connexionem ilei dextri cum sacro, uteri fundus obliquus sit ad dextrum, et orificium ad sinistrum; haereat insuper foetus ad margines interiores ilei sinistri; quae positio eadem est ac figura vigesima DEVENTERI *), quo posito, vix aquae erunt

*) Traduction de DEVENTER par M. D'ABLAINCOURT. pag. 223. †)

1) Iisdem fere ac nostri verbis BAUDELOCQUII judicium, extat: „Il n'y a pas Accoucheur, en effet, un peu en vogue, qui n'ait observé mille fois que la plus grande obliquité de matrice ne trouble pas constamment le mécanisme de l'accouchement, et ne rend pas toujours cette fonction plus pénible. Nous avons assisté un grand nombre de femmes, qui n'ont eu que quelques douleurs pour se délivrer, quoique la matrice fût tellement inclinée en devant, que le ventre, en forme de besace, tomboit presque jusqu'aux genoux, quand elles étoient debout: d'autres ont eu un travail plus long, mais elles ne se sont pas délivrées moins heureusement: la même observation a été faite souvent à l'occasion des obliquités latérales.“ l. l. §. 294. p. 175.

†) Miro quodam modo SOLAYRÉS in eundem incidere videtur errorem ac multi recentioris temporis, qui DEVENTERI editorem gallicum „D'ABLAINCOURT“ et non „BRUHIER“ vocant, vel toto no-

effluxae, cum caput dilabetur in cavitatem pelvis inferioris, et ducetur ad tertiam speciem 1i generis, 1i ordinis 1mae classis. Si è contra foetus posterior obversa est articulationi ilei dextri cum osse sacro, facies anterior ad sinistrum et antrorsum, foetus caput paulo flexum in ejus faciem posteriorem, nixumque in ileum sinistrum, vix aquae profluerint, cum contractionibus uterinis, caput magis ac magis in dorsum flectetur; unde pars virium uterinarum in ileum amittetur. Si tunc caput foetus ratione obliquitatis ilei sinistri, in cavitatem pelvis dilabitur, ossa coronalia respondent uteri orificio, quod magis ac magis ad centrum verget. Vires uterinae diutius pro-

mine „Jacques Jean Bruhier d'Ablaincourt." Fusioribus hunc errorem verbis castigat celeb. Naegele in libro: *Das weibliche Becken etc. Carlsr.* 1825. 4. §. XVI. Bruhierique cognomen fuisse d'Ablaincourt ostendit. — Haller in: Boerhaave methodo studii medici. Amstelod. 1751. 4. p. 760. pleno eum vocat titulo, his utens verbis: „Gallice versum est (novum lumen Deventeri), a Jac. Joanne Bruhier d'Ablaincourt, et editum Parisiis 1734. 4. cum titulo „Observations importantes sur le manuel des accouchemens." Errat igitur Osiander, ut Naegele jam l. l. ostendit, qui Deventerum esse gallice translatum contendit a J. J. Bruhier d'Abl. „avec observations etc." Conf. *Liter. und Pragm. Geschichte der Entbindungsk. p.* 204. „Quandoque bonus dormitat Homerus!" — Le Sue in: „Essais historiques litéraires et critiques sur l'art des accouchemens. Paris 1779" t. sec. p. 244. eum nominat Bruhier d'Ablaincourt, et versio germanica Altenburgi anno 1787 edita p. 228. in annotatione brevissima de caeteris Bruhieri scriptis mentionem facit. Haller in bibliotheca med. practicae tom. III. pag. 544 eum solummodo „Joh. Jac. Bruhier" vocat.

tractae in foetus corpus secundum eandem directionem, cogent posteriorem capitis partem magis ac magis flecti in dorsum; tandemque faciem foetus uteri orificio objicient, unde infaustus partus, nisi exercitata manus opem ferat [1]).

XII.

Synopsis partuum.

Partus absolvitur 1° solis parturientis viribus: 2° obstetricantis manu, praesentibus vel

1) De obliquitate uteri Hippocratem jam habuisse notitiam, varia ejus testantur loca, quamvis ille uteri situi obliquo non partum difficilem et praeternaturalem adscripserit, sed sterilitatem inde deduxerit. Conf. de natura muliebri in Foesii edit. anni 1595. Sect. V. p. 143. „Si uteri ad ventrem vergant etc." et paulo inferius „Si uteri transmoti fuerint etc." De his, quae uterum non gerunt. ibid. pag. 242. „Si uterorum os a pudendo penitus aversum fuerit, non concipiunt." Et reliq. — Clarioribus obliquitatem tractavit verbis Philosteus in commentar. ad aphoris. Hippocratis. Apud Moschionem caput CXLI. de omnibus uteri inclinati modis brevia tantum continet. Aetius in quarti sermonis cap. LXXVII de reclinatione, aversione et recursu uteri ex Aspasiae scriptis pauca nobis reliquit. Regn. de Graaf mentionem ejus facit in opere de mulierum organis: „Non semper in medio praecise collocatur, sed quandoque, licet rarius, illam nunc magis versus dextram nunc magis versus sinistram Hypogastrii partem situm offendimus; quod praesertim in praegnantibus ab aliis Anatomicis notatum invenimus." l. l. pag. 232. — Justina Sigmundin, obstetrix illa Brandenburgensis, in tertio operis capite obliquum esse uteri situm paucis quoque commemorat. Neglectam postea obliqui uteri theoriam Deventer iterum restauravit, unde et opus suum lumen novum nominavit, quamquam nimia interdum obliquitati adnumerat pericula. Deventerum postea secuti sunt van Hoorn et Levret,

absentibus parturientis viribus: 3° obstetricantis manu instrumento armata, cum vel absque parturientis viribus [1]).

Cum partus sit unius alteriusve foeturae ex uteri cavo exitus, dividatur necesse est pro ratione modorum generalium, quibus natura vel arte absolvitur. Tres ideo statuendae veniunt partuum classes. Prima hos comprehendit partus, qui solis parturientis viribus: secunda, qui obstetricantis manu, una vel absque viribus maternis; tertia, qui non solum manu obstetricantis, sed etiam instrumento, praesentibus vel absentibus viribus maternis, peraguntur; quae nostra divisio ut lucidiori sub sole veniat, quamlibet classem in ordines, genera, species dividemus, connotando varietates, quae persaepe species complicant.

qui hanc materiem accuratissimae subjecit disquisitioni in: „Observations sur les causes etc." et „Suites des observations etc."

1) Eandem partus divisionem habet Baudelocque l. l. §. 578. p. 292. „1) Les Accouchemens, qui se font naturellement; 2) les acc. qui exigent les secours de l'art, et qu'on peut opérer avec la main seule; 3) les acc. qui ne peuvent se faire qu'à l'aide des instrumens, ou dans lesquels il est utile de les employer." Recte vero admonet noster, „praesentibus vel absentibus parturientis viribus," magnum, ut omnes persuasum sibi habent obstetricantes, discrimen ad exitum praecipue spectans. „Hinc in omni ad naturam semel deputata parturitione, uticunque sensibus se obtulerit, summopere parcendum nixubus. Quin imo, quo iniquius infans ad pelvim ac praecipue ad marginem admovet sese, eo minus dolores ante tempus provocare, vel unquam super ritus naturales intendere licet. Universim, quovis dolore ita utendum, ac natura exhibet." Boëri natural. medic. obstetr. libr. VII. Vienn. 1812. 8. §. 575.

XIII.

SYNOPSIS GENERALIS CLASSIUM.

Classis prima vel partus solis viribus absoluti; Partus naturales autorum: partus faciles Astrucii etc.[1])

Hujus classis partus in duos ordines, durationis laboris partoritii ratione habita, dividentur.

Ordo primus.

In priori ordine comprehenduntur partus, qui terminantur intra spatium 6, 12, 15, 18 et 24 horarum.

Ordo secundus.

Posteriori, partus, qui diutius protrahuntur, quicunque sit laboris tenor, adscribuntur[2]).

1) Non omnis haec classis facilis est designanda, ordo enim qui infra constituitur secundus, difficiliorem habet exitum quamquam naturalem. Caeterum conf. ROEDERER cap. X. de partus divisione §. 214. pag. 97. „Quandoquidem autem tum facilis, tum laboriosus, ope naturae perfici possunt, utrique naturales vocantur. Iste artis opem penitus non acquirit, hic vero ab illa multum juvatur et acceleratur.“ Requisita quoque partus perfectissimi ibidem §. 216 inspicienda, inter quae sub Nro. 12. „paucis horis partus absolvi“ id signum continetur, quod SOLAYRI nostro occasionem duorum hujus classis ordinum praebet.

2) Quod attinet ad decursum partus secundum horas, sequentem nobis tradit conspectum MERRIMAN in: A Synopsis

Genera.

Genera constituuntur ratione regionum, quas infans orificio uteri advertit, cum parturiens viribus propriis exoneratur. Etsi observatio commonstret parturientes in omni puerorum situ versus orificium uteri, illis exoneratas fuisse, quatuor tantum in primo ordine, et totidem in secundo, genera comprehendemus.

Genera primi ordinis.

In primo genere, superius capitis ovatum, aut quatuor ovatorum calvariae conjunctio occurrit.

In secundo, pedes.

In tertio, genua.

In quarto, clunes [1])

Diligens obstetricans nunquam solis maternis viribus dabit haec tria postrema genera partuum, etiamsi horum species quandoquè solis

of the various kind off difficult parturitions etc. Inter partus quingentos decursus erat frequens :

206	intra	6	horas	finiti	erant,	inter	hos	5	Primipar.
192	—	12	—	—	—	—	—	27	—
74	—	18	—	—	—	—	—	31	—
28	—	24	—	—	—	—	—	10	—
500								73	

„Quotiescunque ultra sex horas protrahitur partus, non male suspicamur, adesse aliquid insoliti, quod inferat moram et impedimentum foetui." Roederer §. 247. Hyberbolice paulo dictum tot exempla demonstrant.

1) Eandem divisionem apud Baudelocque l. l. 655. pag. 320. invenies.

viribus maternis possint absolvi. Quod si haec genera in prima classe collocamus, id factum voluimus, ut in ea consignarentur species autorum, in quibus solis atque individuis viribus se matres exoneraverunt, dum foetus uteri orificio hanc vel illam regionem protendebant [1]).

1) Neminem fugit, longe aliam esse nostri temporis sententiam de tribus postremis, quae laudat noster, generibus. Viribus maternis saepissime absolvi, experientia nos docuit indefessumque naturae studium recentiorum quorundam, inter quos primum tenet locum Nestor ille Viennensis. Solayrés persuasus quidem erat, ea quandoque solis viribus maternis posse absolvi, sed auctoritates illius temporis abdicare vix ausus est, quae Hippocratem sententiae suae patrem agnovere. „De natura pueri, Foes. edit. Sect. III. pag. 28: Puer autem, ubi circumcirca disruptae sunt membranae, siquidem suo momento in caput magis inclinet, facile mulier parit. Quod si in latus, aut in pedes prodeat, difficilem partum mulier sentiet. Jam vero ex his plurimae, vel una etiam cum suis foetibus matres periere.“ Eadem fere in libro I. de morb. mulier. p. 167 et 183 leguntur. — Baudelocque partus, in quibus pedes et clunes praeviae sunt, naturalibus adnumerare haud dubitat, quamquam praeternaturalibus eos esse adjiciendos addat, artisque poscere auxilium censeat. Nihilominus Solayrés et Baudelocque mechanismum utriusque partus nos docent. — Meckelii annotatio in versionis suae Baudelocquianae parte prima p. 367, digna est, quam legas: *„Weit rechtmässiger scheint es mir, die Geburt natürlich zu nennen, wo das Heraustreiben des Kindes nach der bestimmten Ordnung vor sich geht, die in der Folge natürlicher Geburten betrachtet wird: der Kopf mag vorankommen, oder irgend ein anderer Theil“* et reliq. — Celeberrimus Astruc, qui anno 1766 librum suum jam supra laudatum „L'art d'accoucher“ edidit, partum agrippinum naturalis partus adnumerat speciebus. Vid. op. laud. livr. II. p. 63 „Des Accouchemens naturels, où l'enfant se présente dans une posture convenable. Ces Accouch. sont de deux espèces. Dans l'une, l'enfant se présente par la tête, et dans l'autre *par les*

Species in generibus statuuntur ratione situs peculiaris regionis, quam orificio uteri advertit infantulus. Hi situs possent esse multiplices, sed numero sex illos complectimur primo genere, et quatuor quolibet alio, caeteris situbus cujuscunque regionis plus aut minus ad supra dictos accedentibus [1]).

Varietatis nomen damus variis casibus vel morbis, quibus mater vel infans, vel uterque simul laborant; ut morbi tum acuti, tum chronici, haemorrhagiae, motus convulsivi, tumores, vel alius quivis morbus labia, vaginam, uteri collum occupantes, funiculi, brachii foetus praesentia, morbi, mors, etc.

Ordo secundus.

In secundo ordine, partus qui extra tempus praefixum 24 horarum protenduntur, comprehendendi sunt: hujus ordinis genera, eadem sunt ac praecedentis, non secus ac species, quae eisdem varietatibus complicari queunt. Sufficiat admonere, Embryulcum prudentem nunquam so-

pieds." Et Chap. III. p. 92. „Parallèle de l'Accouchement, qui se fait par la tête, et de celui *qui se fait par les pieds.*" „On sera surpris, *inquit*, de voir mettre l'accouchement par les pieds au nombre des Accouchemens naturels; mais j'espère, que la surprise cessera, si l'on examine les raisons qui m'y ont determiné etc. p. 79.

1) Conf. inferius §. XVI et seq.

lis maternis viribus committere debere trium postremorum generum species [1]).

XIV.

Secunda classis vel partus, qui absque auxilio manus obstetricantis absolvi non possunt. Partus contranaturales Autorum, laboriosi quorumdam, difficiles MANNINGHAM, ROEDERERI, ASTRUCII, SMELLII etc.

Regiones corporis infantuli, quae uteri orificio occurrunt, horum partuum causae sunt frequentiores, ideoque dividenda haec classis in quatuor ordines, propter quatuor infantuli superficies [2]).

1) Nisi in nimis longum tempus sint protractae. Vid. annot. pag. 49, ubi fusius de his speciebus sermo erat.

2) Qui nunc sequuntur ordines atque genera, eadem afficienda sunt accusatione eidemque subjicienda opprobrio, quo in recentiorum quorumdam opiniones de vario infantis inter partum situ investigandum est. Multae insunt species, nunquam in parturientibus observandae, ad perficiendam magis hanc doctrinam a medicis obstetriciis excogitatae, quam ex naturae ipsius observatione depromtae. Celeber. BAUDELOCQUE positionum saepe fictarum ab omnibus fere, qui eum imitati non sunt, inventor accusatur: ipsum vero SOLAYRÉM esse secutum, videmus. Absit, eas positiones, quae nunquam aut rarissime nobis portendit experientia, designare: facile eos cognoscet medicus, cui saepius observare naturam contigit. Dolendum vero est, recentissima quaedam artis nostrae compendia semper adhuc sequi hanc divisionem; auctorum ingenia humi serpentia satis superque ostendunt. Laudandus est inter nostros OSIANDER filius, qui doctrinam de positionibus simpliciorem et naturae congruentem reddere stu-

Primus ordo.

In primo ordine non solum sex regiones faciei anterioris infantuli ponendae sunt, sed etiam pedes et ovatum calvariae superius, ex quibus octo hujus classis ordinis genera oriuntur [1]).

Genera primi ordinis.

In primo genere erit extremitas inferior infantuli sive pedes; hancque ideo primo ordine collocamus, quod saepissime pedes ad orificium uteri deducendi sunt ad partus perficiendos [2]).

duit son solum in libro „*die Anzeigen zur Hülfe bei unregelmässigen und schweren Geburten. Tüb.* 1825." sed etiam in: Heusinger's *Zeitschrift f. organische Physik, II. B.* 1 *Heft.* 1828. *p.* 1. „*Ueber die Vereinfachung der Lehre von den Lagen des Kindes zur Geburt.*" Quae Tode quondam docuerat, huc pertinent: „Nihil in aestumatissima auctoritate dari adeo certi et firmi, ut ei tanquam infallibili credi possit, neque ullum esse magistrum adeo praestantem, quin praestantior supersit vera medicinae magistra, experientia!" Collect. Havn. I. 195.

1) Mirentur forsitan, qui inter genera primi ordinis positionem quoque inveniant modo designatam ab auctore nostro felicissimam et propriis naturae viribus finiendam, vid. supr. pag. 48. positionem scilic. ovati capitis superioris. Baudelocque eandem fere sequens divisionem, causas respicit partuum praeternaturalium: „L'accouchement peut être essentiellement contre nature, ou le devenir accidentellement. Dans le premier cas, c'est toujours la mauvaise situation de l'enfant, qui en est la cause; dans le second, ce sont différentes circonstances qui peuvent compliquer le travail, et que nous regardons comme autant d'accidens." l. l. §. 1074. p. 480. Inde positiones capitis naturales inter haec genera merito enumerandae sunt.

2) Secundum priorem auctoris nostri sententiam, „embryulcum prudentem nunquam solis maternis viribus committere debere trium postremorum generum species:" partum agrippinum

In secundo, extremitas superior, vel ovatum capitis superius.

In tertio, ovatum anterius, vel facies proprie dicta [1]).

In quarto, facies colli anterior.

In quinto, pectoris facies anterior.

In sexto, anterior abdominis facies.

In septimo, pelvis antica pars.

In octavo, genu vel genua.

Ordo secundus.

In secundo ordine collocandi partus, qui locum possunt habere, cum infantulus aliqua regione faciei posterioris obvia occurrerit. Hic ordo dividi potest in quinque regiones, ex quibus totidem genera exurgunt.

Genera secundi ordinis.

In primo erit occiput [2]), vel conjunctio quatuor ovatorum, ex quibus calvaria conflatur.

praeternaturalibus asserit, sed immerito, ut supra ostendimus. Aliam adhuc causam addit, quam Roederer commentatur: „Tantum etiam abest, ut semper partus agrippinus difficillimus et aegerrimus habendus sit, ut potius inter optimos illorum nominandus veniat, qui arte absolvuntur, et omnes, quos sola manus perficit, in eundem mutandi sunt.“ l. l. §. 251. p. 114.

1) Partus praeeunte facie solis naturae viribus finiri posse, experientia nos edocuit; quod Solayrém adhuc fugisse inde concludimus, quia positionem faciei prioribus addere pag. 48 recusaverat.

2) Summo cum jure refutandi sunt auctores, qui normalem capitis positionem „*Hinterhauptsgeburt*“ vocant. Occiput raris-

In secundo, colli posterior facies.

In tertio, pectoris posterior facies, sive dorsum.

In quarto, abdominis posterior facies, sive lumbi.

In quinto, clunes.

Ordo tertius.

Tertius ordo complectitur omnes partus, in quibus infantulus objicit aliquam ex regionibus faciei lateralis dextrae, quae subdividenda est in quinque regiones, unde quinque genera exurgunt.

sime digito tangendum est in centro pelvis, ad latus magis vergens iis in partubus, quos illi *„Hinterhauptsgeburt"* nominare haud recusant. Conf. Naegele *Ueber den Mechanismus der Geburt* in: „Meckel's *deutsch. Archiv für die Physiologie* V. B. 4. H. 1819. pag. 489. *„Je höher der Kopf noch steht, desto mehr nähert sich sein grosser Durchmesser dem Querdurchmesser des Bekkens, und desto schiefer ist seine Stellung, weshalb auch das rechte Ohr meistens ohne Schwierigkeit hinter den Schoossbeinen gefühlt werden kann, was nicht der Fall seyn würde, wenn der Kopf eine gerade Stellung hätte, oder gar mit dem Hinterhaupte voraus sich zur Geburt stellte, (wie noch von vielen angenommen wird, unter denen mehrere die Scheitellagen zu den normwidrigen oder doch weniger günstigen Kopflagen rechnen, die zur glücklichen Vollendung durch die Naturkräfte ungewöhnlich vortheilhafte oder weit vortheilhaftere Umstände, als die Hinterhauptlagen erfordern)."* — De partu ob occiput ad orificium conversum praeternaturali confer. quoque El. von Siebold *Lehrbuch.* 1. Th. 1824. §. 439. — Inter 1811 partus, quos Berolini in aedibus obstetriciis observari licuit, septies solummodo occiput sensu strictiori pars praevia erat. Cf. librum meum *„Die Einrichtung der Entbindungsanstalt zu Berlin.* 1829. 8. pag. 80."

Genera tertii ordinis.

In primo, ovatum laterale dextrum venit.

In secundo, colli facies lateralis dextra.

In tertio, axilla dextra.

In quarto, pars lateralis dextra thoracis et abdominis.

In quinto, dextra coxa.

Ordo quartus.

In quarto ordine sunt partus, in quibus infantulus aliquam e regione faciei lateralis sinistrae objicit. Hic eodem modo ac ordo superior est subdividendus [1]).

Regiones, quae constituunt genera ordinum mox conscriptorum, se orificio offerre possunt, in quatuor praecipuis situbus: secundum genus, quod est primum primae classis in sex; unde in

1) Doctrinam de positionibus Baudelocquii, cujus basis in Solayré quaerenda, succinctis verbis proposuit Osiander fil. in: Heusinger's *Zeitschrift* l. l. p. 6 et seq. In nonaginta quatuor positiones abire, naturam proh dolor! coëgit, recentiorumque permulti eandem in libris suis sequi divisionem non dubitant, multa inesse compendiis, quae in natura desiderentur, argumentantes! Quam vero positionum farraginem jam E. Rhodion notissimo libro suo nobis reliquit, primumque eum fuisse, qui figuris foetus situm in utero depinxisset, Hallerus contendit in biblioth. sua chir. Tom. I. p. 186. — Distinguendum est inter infantes vivos vegetosque, justoque tempore natos, et inter foetus abortivos, summa interdum putredine correptos: putridi nimirum longe aliis obtemperantes naturae legibus miris, insolitisque in utero positionibus obstetricantium manibus illudunt, nisi correptam cognoscant infantis conditionem.

quocumque genere cujuslibet ordinis statuuntur species quatuor, et sex in secundo genere primi ordinis secundae classis. Varietates sunt haemorrhagiae, motus convulsivi, funiculi umbilicalis, brachii prolapsus, tumores omnis ordinis, debilitas matris, infantuli, ejusdem mors etc. aliae omnibus generibus communes, aliae his vel alteris propriae. [1]).

XV.

Tertia partuum classis, sive partus, qui absque instumento absolvi nequeunt. Haec classis, propter instrumentorum genera, quibus est utendum, in quatuor ordines subdividenda [2]).

Ordo primus.

Primus ordo complectitur omnes partus,

1) Prolapsus e. c. brachii in tertio genere tert. ord. saepius observatur, quare auctor proprium huic prolapsui genus haud destinavit: Baudelocque vero inter partus axillam praebentes de brachio prodeunte egit l. l. tom. II. Articl. III. „Des Accouchemens, dans lesquels l'enfant présente l'une ou l'autre épaule.“ Sect. III. §. 1516. „Des Accouchemens, où la main de l'enfant se présente la première.“

2) Baudelocque l. l. Tom. II. §. 1588. p. 150. „Le premier chef comprendra les lacs seulement; le second, le forceps, le levier et pince à faux-germe; le troisième, les crochets, différentes espèces de tire-tête, et autres instrumens tranchans ou piquans, applicables sur l'enfant encore contenu dans le sein de sa mère; le quatrième enfin tous ceux, qui sont destinés à l'o-

qui aegre perficerentur absque laqueorum auxilio [1]).

GENERA.

Laquei quatuor infantuli regionibus adaptantur: ideoque in quatuor genera dividetur hic ordo; quodlibet genus in quatuor species. Eaedem autem sunt in illis varietates, ac in speciebus primae ac secundae classis.

Primum genus pedes complectitur.

Secundum, genua [2]).

Tertium, clunes [3]).

pération césarienne, ou à d'autres opérations, qui ne se font que sur les parties de la femme, dans la vue de favoriser l'accouchement." In his explicatio sequentium aphoristice a SOLAYRÉ enumeratorum.

1) De laqueorum usu in arte obstetricia BAUDELOCQUII verba digna sunt, quae apponamus: „Son utilité dans presque toutes celles pour lesquelles nous l'avons recommandé n'est que relative, au lieu que les autres sont trop souvent d'une nécessité absolue." l. l. Tom. II. §. 1590. pag. 151. Hodiernis diebus rarissime adhibentur, et plerumque historico tantummodo gaudent pretio. Carere iis possumus, quotiescunque genua, humeri et clunes in partu se offerunt. Extremitati infantis vero prolapsae sive elicitae injicere laqueum, ut faciliori quodam teneatur modo, sufficit.

2) Vid. BAUDELOCQUE. l. l. tom. I. Sect. II. §. 1241. p. 564. et seq.

3) Conf. PEU la pratique des Accouchemens. Par. 1694. 8. chapitre VII et ch. IX. p. 412. —Ad clunes ope laqueorum evolvendas BAUDELOCQUE laqueos quidem commendat, sed eorum applicationem tantis esse conjunctam difficultatibus addit „que ce n'est qu'avec une sorte de répugnance que nous le comptons ici au nombre des ressources de l'art." Nihilominus eorum applicationem fusius describit l. l. §. 1258. pag. 574.

Quartum, caput foetus utero inclusum, trunco avulso 1).

Ordo secundus.

Secundus ordo continet partus, qui fauste absolvi non possunt parturientis beneficio, aut infantuli, aut utriusque, sine forcipis aut vectis Roonhuissenii emendatae 2), aut volsellae Levreti auxilio. Regiones, quibus haec instrumenta apponi queunt, sunt genera. Situs peculiares earumdem regionum, sunt species. Varia accidentia, quibus complicantur species, constituunt varietates, quarum praesentia horum instrumentorum applicationi locum dat.

1) Fundas ad caput extrahendum invenere „Mauriceau, Amand, Grégoire; inter Anglos: Chapmann, Smellie, Burton et alii. Conf. Saxtorph Examen armamentarii lucinae. Havn. 1795. 8. p. 171 et seq. Avicennam omnium primum fuisse, qui ad extrahendum foetum fascia circumdederit ejus corpus, docemur. „Prima regula est, ut obstetrix tentet manibus educere: si vero manibus non potest, fascia circumligetur foetus corpus atque ita paulatim educatur.“ Hieron. Mercurial. in Spachii Gynaec. Argent. 1597. fol. p. 236.

2) De Roonhuysenii vecti emendata a multis cf. Mulder *Geschichte der Zangen und Hebel etc. Uebers. Lpz.* 1798. p. 130. Apud Baudelocque l. l. Art. II. p. 1635. et seq. longiorem vectis historiam invenies, quam his incipit verbis: „Le levier, dont on se sert encore quelquefois aujourd'hui dans la pratique des accouchemens, n'a presque rien conservé de la forme, qu'il avoit reçue de Roonhuysen, son premier auteur, et en a, pour ainsi dire, emprunté une nouvelle de chaque main, qui l'a employé.“ De vecti Roonh. conf. adhuc: Levret observations etc. p. 243. „Sentiment de l'auteur sur le levier de Roonh. et sur la manière de se servir de cet Instrument.“

Genera.

Primum genus, ovatum capitis superius designat.

Secundum, ovatum inferius, sive calvariae basin.

Tertium, ovatum anterius, vel faciem proprie dictam.

Quartum, conjunctionem quatuor ovatorum, quae constituunt calvariam seu occiput.

Quintum, ovatum laterale dextrum.

Sextum, ovatum laterale sinistrum.

Septimum, clunes.

Octavum, spuria germina, seu foetus abortivos [1]).

Ordo tertius.

In tertio ordine ponuntur partus, qui perfici non possunt sine instrumentorum secantium in corpus foetus, caesim vel punctim actorum adjumento. In hoc ordine constituuntur etiam genera ratione regionum, quas foetus offert, et quibus admoventur instrumenta. Situs etiam peculiaris facit species. Varietates eaedem sunt ac in speciebus ordinum praecedentium [2]).

1) Nomen inde inditum instrumentis huic usui aptis: Pince à faux-germes. Conf. Levret „l'Art des Accouchem. Art. VII." „Sur une nouvelle Pince à faux-germes."

2) Baudelocque l. l. Tom. II. p. 383. Chap. V. „Des Accouchemens, qui ne peuvent s'opérer qu'à l'aide d'une main armée de quelque instrument tranchant applicable sur le corps de l'enfant."

GENERA.

Primum, caput foetus, corpore adhuc in utero incluso.

Secundum, caput super aperturam superiorem vel inferiorem pelvis detentum, trunco avulso[1]).

Tertium, foetus abdomen a quacunque causa enorme tumens.

Quartum, pectus aqua vel pure distentum et ampliatum.

Quintum, monstruositates foetus rescindendae, ut ex utero possit avelli[2]).

1) Truncum avulsum, capite adhuc intra pelvim haerente, saepissime a prioribus observatum esse, tot nobis demonstrant exempla, et imprimis instrumenta ad caput educendum inventa argumentantur. Cf. LEVRET Observations etc., cujus operis initium facit descriptione extractionis capitis infantis avulsi et utero adhuc inhaerentis. Paucas hujus infortunii observationes nostrum ostendere aevum, artis nostrae progressus optimum videtur signum.

2) BAUDELOCQUE l. l. §. 1935. p. 417. „Lorsque la poitrine ou le bas-ventre contient assez d'eau pour rendre ces efforts infructueux, il faut donner issue à ce fluide, en ouvrant la cavité qui le renferme, soit au moyen d'un crochet ou de tout autre instrument propre à cet effet. Il faut au contraire démembrer le tronc, quand sa conformation monstrueuse s'oppose à sa sortie, etc.“ — Miro quodam modo naturam saepius finire monstrosorum foetuum partum, quin rescindantur, tot prostant exempla. Errat igitur, testante SYDENHAM, sed neque errore erudito, qui naturam artis adminiculo ubique indigere existimat. Opusc. p. 358. Casus cf. unus pro multis. „BOCK *merkwürdiger Geburtsfall an den Bauchdecken zusammengewachsener Zwillinge, in: Gemeins. deutsch. Zeitschrift.* III. B. 1 H. 1828. Simile per excessum monstrum in collectione mea servo, quod obstetrix

Sextum, cum funiculus quibusvis infantuli partibus ita intorquetur, ut ex utero excludi non possit, quin dilanietur, constituunt [1]).

Ordo quartus.

Quarto ordine inscribendi omnes partus, qui perficiuntur acie instrumentorum, caesim vel punctim impingentium, ut foetus ex uteri cavo eductioni parentur viae. Haec autem sunt cultri anatomici, forcipes, scalpella, etc. Casus autem, in quibus hac instrumentorum acie in corpus maternum operandi locus est, dividi possunt in tria genera, quae statuuntur ratione morborum tum acutorum, tum chronicorum, vel ratione pelvis arctae conformationis, vel positionis foetus alio in loco quam in uteri cavo [2]).

Herbipolensis propriis naturae viribus natum beato patri miserat. „Il seroit bien essentiel, qu'on pût distinguer de bonne heure les cas de cette espèce, où la nature peut se passer des secours de l'art, de ceux, où ces mêmes secours sont indispensables, afin de ne pas l'exposer á de vains efforts dans ces derniers, et de la laisser agir dans les autres. Mais il n'est pas moins difficile de reconnoître alors les bornes de son pouvoir, que de fixer le choix de la méthode qu'il convient d'employer, quand elle ne peut opérer l'accouchement.“ Baudel. l. l. Tom. II. §. 1945. p. 422. Natura multiplex!

1) Rarissimum certe casum vix et ne vix quidem exspectare possumus. Atrophiam quidem partium, quas funiculus firmissime circumdedit, vidi, Berolinique observavi infantem, cujus crus ex funiculo nimis arcte constringente quam maxime attenuatum et tibia cum fibula incurvata erat. Caeterum majore solita longitudine funiculus apparebat.

2) Baudelocque l. l. Tom. II. §. 1950. pag. 426. „On peut

Genera.

Primum genus excipit tumores inflammatorios.

Species.

Primam speciem facit phlegmon.

Secundam, erysipelas.

Tertiam, tumor ex praecedentibus compositus.

Secundum genus complectitur tumores chronicos.

Species.

Primam speciem facit oedema.

Secundam, steatoma, atheroma, meliceris.

Tertiam, scirrhus.

Quartam, tumor sanguine effuso natus.

Quintam, tumor sanguine propriis canalibus incluso, efformatus.

Sextam, fraena morbosa vulvae et parietum vaginae.

Septimam, callositates, cicatrices, adhaerentiae labiorum, parietumque vaginae.

Octavam, orificii interni status, quem autores, orificium quasi cartilaginosum, scirrhosum dixere [1]).

rapporter toutes ces causes : 1) à la conformation vicieuse, soit naturelle ou accidentelle, des parties molles de la femme, destinées à former le passage ; 2) à la mauvaise conformation du bassin ; 3) aux grossesses par erreur de lieu, autrement dites Extrauterines ; 4) à la rupture de la matrice.“

1) Casum a me observatum scirrhosi uteri cum graviditate

Tertium genus complectitur casus, in quibus instituendae sunt incisiones in corpus maternum, ut detur corpusculi vel ipsius frustulorum exitui locus.

Species.

Primam speciem constituit necessitas secandi musculos abdominis et uterum maternum, ut ex illis eruatur infans.

Secundam, institutio ejusdem operationis in musculos abdominis, ut ex ovario vel ex tubis Fallopianis foetus educatur.

Tertiam, incisio facta in musculos abdominis ad extrahendum foetum ortum in quolibet alio puncto cavitatis abdominalis, aut in illam, ruptura uteri vel ovariorum, vel tubarum, delatum.

Quartam, faciunt apostemata, quae superveniunt post conceptiones tum uterinas, tum ventrales, quaeque situm habent variis in regionibus abdominis, aut in pelvi; horum apostematum situs et pleraque accidentia inde nata, sunt ejus speciei varietates [1]).

conjunctum, ubi instrumentis incidere necesse erat os uteri, descripsit discipulus diligentissimus: Zeppenfeld diss. sistens casum singularem carcinomatis uteri cum graviditate conjuncti. Berol. 1828. 8. — Morbos ab auctore nostro breviter enumeratos accuratius recensuit Baudelocque. l. l. Tom. II. §. 1951. p. 427 et sq.

1) Cf. Baud. l. l. §. 1964. p. 436, qui talis tumoris mentionem facit. — Quinta adhuc addenda est species, quae Solayri nondum innotuit, vaginae dissectio, Elythrotomia sic dicta, recentioris tempo-

XVI.

PRIMA CLASSIS.

Partus solis viribus maternis absoluti: Partus naturales autorum: Partus faciles MANNINGHAM, ASTRUCII, ROEDERERI, SMELLII etc.

ORDO PRIMUS.

Caract. Caracteres hujus ordinis ex parturiente et foetu desumuntur. Si prima vice parturiat, 1° desiderandum est, ut nec junior nec vetula sit; 2° quod pelvis aequis exurgat proportionibus; 3° quod partes molles viam foetui daturae, sint laxae, dilatationique aptae; 4° quod uterus sit bene locatus; 5° quod dolores sint veri, et ex genere efficacium, non nimis intermissi, et ab artis auxilio independentes; quod qua proportione agunt, orificium, vagina, et tandem vulva magis ac magis dilatentur; quod membranae aut foetus caput in pelvis cavitatem

ris inventum, ut educatur foetus abdominalis in pelvis cavitate haerens et per vaginam manu sentiendus. KING primum hanc operationem fecisse, narrat SCHREGER in: *Grundr. der chir. Operationen.* 1. *Thl.* 1825. *p.* 476. Cf. RUST *Mag. III. B.* 3. *H.* 1818. *p.* 414, ubi KINGII historiam medicus Bremensis, VAN D. BUSCH accuratissima ex Anglico versione nobis tradidit. — Similem fere casum pater observavit anno 1821, eandemque operationis methodum per vaginam elegit. Conf. E. v. SIEBOLD *Journ. f. Geburtsh. etc. IV. B.* 2. *St.* 1824. *p.* 320.

pellantur [1]). Ex parte foetus 1° requiritur anteire capitis ovatum superius aut calvariae quatuor ovatorum conjunctio, aut saltem pedes, genua, aut clunes [2]); 2° foetus volumen aperturae tum superioris, tum inferioris diametros non superare; 3° quando caput devenit ad pelvis sinum inferiorem, id tali vel tali incessu [3]) procedere, relative ad locum hujus sinus, quem attingit haec vel illa capitis regio. Idem observandum, quando humeri ad superiorem vel inferiorem pelvis aperturam pertingunt; tandem quod partus intra spatium viginti quatuor horarum, ad summum absolvatur [4]).

1) Baudel. l. l. Tom. I. §. 657. pag. 320. „La bonne conformation du bassin des forces suffisantes, la bonne situation de la matrice, la souplesse de son col et des parties, qui forment le pudendum, sont du côté de la femme, les conditions requises à l'accouchement naturel."

2) Ex causis supra jam allatis ommittit positionem facie praevia.

3) Quem incessum sequentibus §§. accuratissime describit auctor noster, pelvis infantisque diametros semper ob oculos sibi ponens.

4) Quam sequentibus aggreditur Solayrés partem, totius operis gravissima et summa nostra attentione digna est habenda. Ante eum nemo tanta sedulitate, tanta cura partus naturalis mechanismum descripserat, nisi Smellii forte merita adnumeres, primus ergo novam huic theoriae viam sternit: viam, quam omnes fere post eum secuti sunt, et imprimis Baudelocque, qui eandem divisionem eundemque partus naturalis mechanismum proposuit. Solayrém naturam diligentissime observasse, ex ejus doctrina satis superque liquet: attamen in nonnullis a prioribus auctoritatibus non immunem mansisse, neminem fugiet, qui ejus theoriam sedulo perlegat. Primum eum fuisse,

XVII.

Primum genus.

Caract. Primus caracter est praesentia capitis, quae agnoscitur volumine, duritie, suturis. Hi caracteres quibusdam aliis regionibus communes sunt. Fontes superiores, sutura sagittalis,

qui alia novaque docuerit, cogitent mirantes, eum doctrinam antiquiorem non omnino abdicasse, doctrinam, quae sub ejus oculis in Gallia a celeberrimis adhuc medicis obstetriciis statueretur, inter quos Levretum tantummodo nominare liceat. De erroribus igitur atque falsis nonnullis, quibus haud carere potest ejus theoria, vix accusandus erit; laudanda potius et quam maxime aestumanda summa ejus naturae indagatio: aeternis enim obtemperat legibus, quas quemlibet hodie comparare licet, cui minimum de Solayris theoria dubium obveniat. Veritatem eum in multis docuisse, experientia ipsa argumentatur: naturae propiorem in aliis fuisse, quam recentiores quidam, ex eo colligi potest, quod in describendo mechanismo aberrationes quasdam mutationesque accuratissime designat, quas subit interdum natura, quin naturalis inde turbetur partus processus: argumento nobis sunt observationes recentiorum naturae scrutatorum, qui, mechanismum partus summo sibi eligentes studio, multa invenere, quae Solayri jam innotuerant. Natura enim quolibet tempore eadem! Et: „Experientia demum, si etiam allatae rationes non sufficerent, veritatis testis erit omni exceptione major, qua in omni arte tutius probantur ea, quae ratione non semper attingere licet.“ Saxtorph. — Inter auctores, qui mechanismum partus adumbrarunt, praecipue nominandi sunt:

Berger Diss. in. de perfectissimi enixus signis. Havn. 1759.

M. Saxtorph theoria de diverso partu ob diversam capitis ad pelvim relationem mutuam experientia fundata et figuris aeneis illustrata. Hav. et Lips. 1772. 8. (Conf. quoque: M. Saxtorph *gesammelte Schriften etc. v.* P. Scheel. *Kopenh.* 1803. 8)

Bang Tent. med. de mechanismo partus perfecti. Havn. 1774. 8.

lambdoïdea, coronalis, pars superior ossium coronalium et occipitalis, superior parietalium, designant, ovatum superius, seu regionem capitis superiorem. Punctum hujus regionis, apex capitis dictum, vel fons posterior, aquis effluxis, centro pelvis respondet. Hi caracteres, qui tactu solum cognoscuntur, non recte attinguntur, nisi ruptis membranis[1]).

Species prima. Caract. In hac specie sutura est proposita secundum directionem diametri anterioris; fons posterior ad symphysim pubis; anterior ad os sacrum; sutura lambdoïdea antice et inferius coronali, quae posterior et paulo altius sita est. Haec capitis foetus positio in apertura pelvis superiori, adeo rara est, ut eam vix

A. van Solingen *Das Mechanische der Geburt, erklärt, bewiesen und zurückgeführt auf einen allgemeinen Grundsatz. A. d. Holl. v.* G. Salomon. *Hannov.* 1801. 8.

Naegele *Ueber den Mechanismus der Geburt. In* Meckels *Deutsch. Arch. für die Physiologie V. B. 4. H.* 1819. *pag.* 438.

Kilian *Die Geburt des Kindeskopfes in derjenigen Scheitelstellung, welche man Hinterhauptslage zu nennen pflegt. Bonn* 1830. 8.

Mampe diss. de partus humani mechanismo. Hal. 1821. 8.

1) Quae Solayris sententia, ruptis membranis clarissime solummodo cognosci capitis positionem, causam interdum praebere videtur, a variis varium describi capitis situm in pelvi initio partus. Inter rationes, ex quibus in diversa abierunt auctores, celeb. Saxtorph membranam in orificio uteri cunei instar protrusam enumerat, „quae suturarum et fontanellae explorationem non nihil obscurat, quin imo minus exercitatos plane decipit, dum omnia, quae circa caput digitis minus assuetis percipiuntur, rotunda, obtuse acuminata, instar occipitis, tactui se exhibent." l. l. pag. 34.

semel aut iterum intra viginti partus invenias. Hanc tamen fere omnes Autores maxime frequentem dictitant [1]).

1) Multi auctores ante Solayrém hanc capitis positionem frequentissimam docuere, quin, pelvis structura capitisque diametris penitiori submissis studio, plane abhorrere a natura hanc positionem essent edocti. Nominandi sunt Deventer, Mesnard, Levret, Roederer, quorum auctoritatem secutus est noster, hanc primam designans speciem, quamquam Ould et Smellie longe jam aliam in libris suis prodidissent doctrinam. Cf. Ould a treatise of midwifery. Lond. 1767. „When a child presents itself naturally, it comes with the Head foremost, and (according to all Authors that I have seen) with its Face towards the sacrum of the Mother, so that when she lies on her Back it seems to creep into the World on its Hands and Feet. But her I must differ from this Description in one Point, which at first Sight may probably seem very trivial: the Breast of the Child does certainly lie on the Sacrum of the Mother, but the Face does not; for it always (when naturally presented) is turned either to the one Side or the other, so as to have the Chin directly or one of the Shoulders.“ p. 28. Cf. quoque Smellie Traité de la théorie et pratique des Accouchemens, trad. de l'Anglois par M. de Preville. Par. 1754. 8. 1. Tom. pag. 83 et 218 c. seq. — Baudelocque huic Solayris divisioni non favens tertiam et sextam nostri posuit speciem primam et secundam, opinionemque auctorum sequentibus refutavit verbis: „La plupart des Accoucheurs se persuadent encore aujourd'hui, que la tête se présente communement dans cette position. On ne voit pas trop, qu'elle est la source de leur erreur, si ce n'est un attachement trop aveugle pour la doctrine de leurs maîtres; car la nature nous fournit tous les jours des preuves du contraire de ce qu'ils avancent; la tête se trouvant rarement dans cette situation au commencement du travail.“ l. l. §. 694. pag. 332. — „*Es würde auf jeden Fall nicht uninteressant, ja vielleicht möchte es nicht ohne Folgen gewesen seyn, wenn* Baudelocque *auch nur geschichtlich seine Abweichung von jener Anordnung seiner Lehrer angeführt hätte, zumal da er dessen grosse Verdienste*

Modus, quo in prima specie foetus caput incedit, ad pelvim supergrediendam.

Ut lucide pateat mechanismus, quo foetus caput incedit, cum obvium it in hac positione, animadvertendum 1° extremitates, truncum et caput in modum ovatum configurari: cujus diameter major ab apice capitis ad clunes protenditur; 2° Articulationem trunci cum capite viciniorem esse extremitati posteriori ovati inferioris, quam mento, et facilius in faciem anteriorem, quam in posteriorem flecti; 3° occiput levigatum magis, minusque extensum esse vultum; 4° foetus truncum flecti in faciem anteriorem, quae columnae vertebrali parturientis obversa est, dum posterior Symphysi pubis prospicit [1]). Vires uterinae, quae foetum sic positum agunt, hujus columnae vertebrali communicantur, quae partem posteriorem capitis trudit, eodem tempore, quo basis maxillae superioris accuratius impingit in proprium pectus. Dum contractiones uterinae urgent caput in pelvim, notandum fontanellam posteriorem magis magisque ad pelvis centrum accedere; quod evenire nequit, quin facies uteri fundo obvertatur,

um die Darstellung der Geburtsmechanik so sehr, mit so lobenswerther Wärme hervorgehoben und sonach natürlich die Aufmerksamkeit der Sachkundigen erregt hat." Naegele l. l. p. 523.

1) Animadversiones generaliores in quolibet capitis per pelvim transgressu adhibendas auctor nobis proponit, quarum praecipue prima, secunda et tertia ad explicandum mechanismum multum conferunt.

minime vero ossi sacro, ut plerique contendunt. Caput procedit in hac directione retrorsum vergendo, donec in punctum, quo facies sacri incipit antrorsum flecti, venerit. Progreditur deinde juxta directionem partis inferioris sacri, usquedum ligamenta sacro-ischiatica, coccygem, perinaeum attigerit[1]); tuncque osse sacro, coccyge, dictisque ligamentis reflexum, arcum pubis subit. Cum huc deventum est, fons posterior antice locatur, coccyx et perinaeum deorsum urgentur. Haec evenire non possunt, quin facies colli posterior pubis symphysi occurrat. Si tunc contractiones uteri perstent, pars virium in Symphysim pubis amittitur; pars reflectitur, in fontem anteriorem et mentum. Pars virium reflecti nequit in fontem anteriorem, et tandem in mentum; quin facies modo uteri fundo obversa, ad faciem anteriorem sacri accedat. Haec vero celerius atque facilius in sacrum vertitur, quo occipitis sub arcum pubis detrusio facilior. Vix arcum pubis occiput occupavit, cum contractiones uterinae mentum urgentes, illud[2]) cogunt ad commissuram vulvae anteriorem sese attollere, dum caput hoc in situ sese explicat. Demum earumdem potentiarum actione, caput omnino expeditur e vulvae facie in anum versa. Trunci foetus major diameter,

1) *„Hier erfährt der Kopf den Widerstand, den ihm der Boden der Beckenhöle oder die schiefe Fläche, welche von dem unterm Theile des Kreuzbeines vom Steissbeine, von den Sitzkreuzbeinbändern etc. gebildet wird, und der ihn zwingt, sich von hinten nach vorn etc. zu bewegen.“* Naegele l. l. p. 503.

2) Scil. Occiput.

quae ab humero ad humerum desumitur, respondet parvae diametro aperturae inferioris; unde caput extra vulvam haerebit, nisi humerorum alter antrorsum, alter retrorsum feratur, vultusque alterutrius humeri directionem sequatur. Hac situs mutatione, major diameter trunci majori aperturae inferioris diametro coit [1]). —

Ex jam allatis facile liquet, quod si uterus et foetus essent antrorsum obliqui, dum caput aperturam superiorem pelvis subit, vires uterinae niterentur in partem anteriorem ovati inferioris, unde obvium veniret ovatum superius; ita ut fons anterior magis ac magis descenderet versus faciem posteriorem pelvis, dum posterior videretur quodam modo ascendere versus uteri fundum; unde descensus capitis in cavitatem pelvis inferioris difficilior evaderet. Huic abigendae remorae utiliter inservit situs matris in dorsum, cujus beneficio uterus atque infantuli corpus, quae nimis antrorsum tendebant, directionem mutant. Hinc haud raro potens, accelerati partus causa in supra laudato matris situ. Cum caput coccygi perinaeo nititur et haeret, momentum virium imminuitur, quia in symphysim pubis impingunt. Hanc ju-

1) Quam humerorum situs mutationem inter partum Solayri ante Carol. White jam notam fuisse, annotat Naegele l. l. p. 523. Cf. quoque Baudelocque l. l. §. 685. p. 328. — Saepius in parvis infantibus, in pelvibus justo majoribus etc. hanc humerorum versionem desiderari, res est notissima, quotidie observanda. — Manu contra ad evolvendos humeros, capite extra pelvim jam haerente interdum opus esse, constat.

beas Praegnantem incedere, si vires sinant: mox uterus corpusculumque, nisu uterino in partem anteriorem ovati inferioris arietante, antrorsum deferuntur. Tale artificium opportune adhibitum, mirum quantum et supra omnem spem in absolvendo partu celeritatis conferet [1]).

Secunda species. Caract. Directio suturae sagittalis, quae, ab anteriori ad posteriorem, et ab alta ad imam partem ducitur, fons anterior pone ossa pubis, fons posterior ad os sacrum, hanc speciem declarant [2]).

1) Uterus obliquus ab illius temporis obstetricantibus, quam maximae subjiciebatur curae, saepiusque causam partus praeternaturalis hunc perversum uteri situm accusabant; quam ob rem Solayrés cuilibet fere speciei descriptionem partus adjungit, utero obliquum tenente situm, quod Baudelocque imitatus est in opere suo. Conf. ad hanc speciem l. l. §. 698. p. 333. „L'obliquité antérieure de la matrice étant assez fréquente, et l'attitude que prend la femme, avant que la violence du travail ne l'oblige de se coucher, pouvant encore la favoriser, si la tête se présentoit toujours dans la troisième position, souvent elle descendroit en se renversant sur le dos, et viendroit offrir le front au centre du détroit inférieur: ce qui rendroit l'accouchement des plus difficiles, et même impossible, sans le secours de l'art.“ — Utilitas mutati parturientis situs, ad corrigendum partum ex obliquo uteri situ vitiatum Solayri notissima erat, quam doctrinam Deventero praecipue debuit.

2) Idem spectat ad hanc secundam Solayris speciem, quod supra p. 68. ad primam annotavimus. Ultimam eam ponit Baudelocque, his utens verbis: „Cette espèce d'accouchement est la plus rare de toutes celles que nous venons d'exposer, ce qui vient sans doute de ce que le derrière de la tête étant arrondi et trés-lisse, ne peut, à cause de la mobilité dont jouit l'enfant jusqu'après l'évacuation des eaux rester appliqué contre la saillie de la dernière vertêbre lombaire, *qui lui offre sur*

Modus, quo incedit caput in hac specie, talis est, ut foemina stante, uterus et corpus infantuli antrorsum inclinent. Occiput in caput pelvis inferioris anteit, caput tandem attingit apicem ossis sacri, coccygem et perinaeum. Cum huc deventum est, pars superior coronalium arcui pubis respondet; quod facile cognitu est praesentia fontis anterioris versus faciem internam pubis. Pars superior parietalium, quae angulo reflexo anteriori respondet, eum subterlabi nequit, ut occipiti evenire in praecedenti specie supra declaratum est. Cum caput coccygi et perinaeo nititur, hoc in situ, nisi pelvis dimensiones ample superent capitis volumen, vigeatque uterinum conamen, aegre aut nunquam se propriis viribus praegnans exonerabit.

Notandum, quod in partubus hujusce speciei absolutis solo nisu uterino, non raro perinaeum disrumpi, ni caput foetus sit parvum, et coccyx valde retrorsum flexus, et perinaeum facile cedens. Haec capitis positio iisdem difficultatibus obnoxia est, quibus in vitio, quod ex nimio pubis ad infimam ossis sacri regionem descensu exurgit, quod vulgo audit *Bassin Barré*.

Tertia species. Caract. Sutura sagittalis, quae sequitur directionem diametri obliquae ab sinistra ad dextram, fons posterior a sinistra et antrorsum, anterior a dextra retrorsum, auris

les côtés des espaces plus conformes à sa figure." l. l. §. 711. pag. 338. Impedimenta ex pelvis structura bene cognovit, sed nihilominus omnino hanc speciem ommittere ausus non est.

dextra foetus a dextra antrorsum, etc. hanc speciem demonstrant [1]).

Non absimili modo incedit caput in hac positione, ac in prima specie usquedum occiput, coccygem et perinaeum attingit. Haec porro intervenit differentia, quod fons posterior, quae descendit pone pubem, accedendo ad centrum pelvis, qua proportione labor partoritius ad finem tendit, in hac descendat a sinistra ad dex-

1) En primam Baudelocquii speciem et omnium nostrorum, quos vera experientia docuerat, saepissime hunc capitis situm occurrere. Mechanismum ita describit Solayrés, ut vix quidquam remaneat desiderandum, veramque naturae observationem inde cognoscas. Merito igitur recentissimi auctoris verba summam continent veritatem: „*Auf dem Wege der treusten Naturbeobachtung mit erstaunenswürdigem Glücke vorwärts schreitend, leistete* Solayrés *ganz allein in dem in Frage stehenden Gegenstande ohne Vergleich mehr als alle seine Vorgänger zusammengenommen, und auch die neuste Zeit hat seiner Lehre von dem Durchgange des Kopfes durch das Becken nichts Wesentliches zugesetzt.*“ Kilian l. l. p. 26. Recentiores vix in describendo mechanismo Solayrém et naturam imitati sunt: magis enim naturae congruit Solayrés, quam multi nostrorum, ex quorum descriptionibus interdum commentitiis sat liquet, eos ex libris mechanismum didicisse, quem naturae obtrudere volunt, naturae vero ipsius observationem vel neglexisse, vel ipsam mendaciis fefellisse. — Obliqua gaudere caput positione, pelvis aperturam superiorem intrans Saxtorphius quoque l. l. luculentissime docuit verbis sequentibus: „Per explorationem exactam in utero, tempore intermissionis dolorum factam, qua tangitur per apertum orificium uteri, et tenues ovi membranas, anterior capitis fontanella, paululum oblique in postica pelvis regione versus unum aut alterum os ilei directa, una cum sutura sagittali, sic in diametrum obliquam pelvis cadente, *ut tam a conjugata, quam a transversa diametro, remota satis distincte tangatur.*“ l. l. p. 18.

tram, et indesinenter versus centrum pelvis [1]. Cum semel caput sacro, coccygi et perinaeo occurrit, his sistitur repagulis, cum ultra, hac in directione, procedere nequeat. Quo passu caput intra pelvim delapsum est, eodem ad arcum pubis propulsum fuit; tunc pars fere media et posterior ossis parietalis dextri, immediate respondet excavationi anguli reflexi anterioris [2]. Jam caput hac in directione procedere deberet, quod evenire non potest, quia pars hujus ossis parietalis, quae haeret termino superiori arcus pubis, non sinit caput ire a posteriori antrorsum. Inde fit, ut contractionibus uteri validioribus, caput, quod inexpugnabili vi ossis sacri, coccygis, li-

1) *„Beim weitern tiefern Eindringen des Kopfes in den Beckeneingang steigt die kleine Fontanelle meistentheils in etwas stärkerm Maasse abwärts, als die grosse, doch bei weitem nicht immer, und zuweilen verhält es sich umgekehrt ohne die mindeste Beschwerung des Geburtsherganges.“* NAEGELE l. l. p. 490. Quod saepissime observandum.

2) En veritatem naturae depromtam! rarissime fonticulum minorem arcui ossium pubis respondere, caputque obliquum adhuc tenere situm in apertura inferiore, persuasum nuperrimis observationibus habeo, et celeberrimo NAEGELE, qui jam dudum hanc capitis positionem descripserat, adsentire haud dubito. Cf. l. l. p. 491. *„Wenn der Kopf sich vollkommen in die Beckenhöle herabgesenkt hat, und dem Einschneiden ganz nahe ist, dann befindet sich noch immer die kleine Fontanelle dem linken eiförmigen Loche zugewandt. Die Spitze des Fingers, die man in diesem Zeitraum ungefähr in der Mitte der Höhe des Schoossbogens, in der Richtung der nach aussen oder vorn fortgesetzt gedachten centrischen Linie der Beckenhöle, einbringt, stösst fast auf die Mitte des hintern obern Viertheils, zuweilen auch beinahe auf die Mitte der hintern Hälfte des rechten Schcitelbeins.“* (In prima nimirum capitis positione). Idem SOLAYRÉS docet.

gamentorum sacro-ischiaticorum et spinae ischiaticae detinetur, rotando fugiat a sinistra ad dextram, versus angulum pubis reflexum, qui minus illi obstat.[1]) Hujus motus rationem haud immerito contuleris cum ea, quae nucleus prementes digitos fugit. Vix mutata corporis positione, mox contractionibus actum occiput, arcum pubis subterlabitur, et tandem ex maternis compedibus emergit, eadem lege ac in prima specie.

Si uterus et foetus inclinent ad sinistram, dum caput venit in pelvim, fons anterior adit centrum, cum posterior retrocedit, accedendo versus uteri fundum: diameter major capitis fit parallela, vel fere parallela parvae diametro aperturae inferioris; ita ut si ejus latitudo non multum superet diametri majoris capitis longitudinem, mater partum absque artis auxilio absolvere ne-

1) Naegele l. l. p. 492. „*Bei fortgesetztem Wehendrange bewegt sich endlich die kleine Fontanelle allmählig in gleichsam wiederholten Versuchen, von links nach rechts (oft etwas oder mehr oder weniger von oben nach unten), und das Hinterhauptsbein begiebt sich von der Seite her unter den Schoossbogen.*“ Ibidem pergit: „*Allein es ist nicht die Hinterhauptspitze, welche zuerst unter den Schoossbogen tritt, sondern der Kopf kommt in jener Stelle, nemlich mit der hintern obern Gegend des rechten Scheitelbeins, in's Einschneiden, und beharret in dieser Stellung, bis er mit dem grössten Umfange, den er dem Beckenausgang entgegenstellt, durch denselben hindurchgedrungen ist; wo er sich dann mit dem Gesicht vollends dem rechten Schenkel der Mutter zuwendet.*“ Eandem capitis in apertura inferiore positionem describit Mampe l. l. pag. 62. „Constat potius caput tunc etiam positionem aliquam occupare, si genitalibus externis imminet.“

quit. Ex hac positione pendet capitis foetus incuneatio, quam celeberrimus Levret *) tribuit positioni humerorum in sacro et in pube. Expertus obstetricans huic occurrit impedimento, si ipso eruptionis aquarum momento, aut paulo post, praegnantem latere dextro procumbere curet. Cum forte hocce negotium non suffecerit, manus tutam feret opem, uterum a sinistro ad dextrum latus molliter devolvendo. Hac adventitia uteri positione citius absolvitur partus, praesertim cum unus aut alter obstetricantis digitus, medio coronali appositus, obstet, vel eum aliquantulum sublevet, interea vigentibus uteri contractionibus. Hac opera vires uterinae diriguntur in occiput, idque in pelvim devolvunt. Omnigena haec auxilia, docili impartita parturienti, faustum ac citiorem Partum moliuntur, quam ab instrumentis alias applicandis sperare fuisset concessum.

Quarta species. Caract. In hac specie sutura sagittalis venit secundum directionem diametri obliquae; fons posterior et superior connexioni ilei dextri cum sacro; anterior cavitati cotyloïdeae ilei sinistri respondet: auris sinistra est in dextro latere et antrorsum etc [1]).

*) Suite des Accouchemens laborieux pag. 3 et suiv. edit. 3.

1) Quartam hanc Solayris speciem Baudelocque sub eodem habet numero, sed sequentem quintam ei anteposuit secundam. Nostrorum quidam tertiam eam appellant, inter quos Froriepium nominare sufficiat. Celeber. Naegele l. l. observationes

Incessus capitis hac in specie est idem ac in secunda hujus generis. In hac solum discrepat, quod fons posterior, quae in secunda specie sacro prospiciens descendit, accedendo ad

suas singulares communicat, quibus contendit, hanc capitis positionem semper fere mutari in quintam Solayris sive secundam Baudeloquii et nostrorum. „*Nach meinen seit mehreren Jahren mit der mir erreichbaren grössten Sorgfalt und Aufmerksamkeit angestellten Beobachtungen, ist nächst der ersten Scheitellage unter allen Gattungen von Kopflagen die dritte Scheitellage die bei weitem häufigste, die seltenste hingegen die für so häufig gehaltene sogenannte zweite Kopflage.*“ *pag.* 497. *et pag.* 500:“ „*Ich bin nach meinen Beobachtungen vollkommen überzeugt, dass in den Fällen von dritter und vierter sogenannten Kopf- oder Scheitellage das Hinterhaupt beim weitern Fortgange der Geburt sich in der Regel nicht der Kreuzbeinaushölung zuwende, sondern dass in der dritten Scheitellage beim weitern Fortgange der Geburt, die kleine Fontanelle von der Gegend der rechten Hüftkreuzbeinfuge sich dem rechten eiförmigen Loche, und in der vierten von der linken Hüftkreuzbeinfuge dem linken eiförmigen Loche zu drehe, und so der Kopf auf die gewöhnliche Weise ein- und durchschneide; dass dieses Uebergehen aus der dritten Scheitellage in die zweite, und aus der vierten in die erste durchaus keine besonders günstigen Umstände erfordere; und dass diese Arten von Geburten unter den ganz gewöhnlichen Verhältnissen der den Geburtsmechanismus bedingenden activen und passiven Momente, durch die Wirksamkeit der Natur in derselben Zeit, mit demselben Kräfteaufwand, ohne grössere Schwierigkeit u. s. w. vollbracht werden, als die Geburten, wo sich der Kopf in der gewöhnlichsten oder ersten Lage zur Geburt stellt.*“ Solayrém nostrum pag. 523 laudat. „*Hierin ist* Sol. *vorangegangen; auf die Scheitellage mit vorn- und linkshin gerichtetem Hinterhaupte lässt er unmittelbar die mit eben dahin gerichteter grossen Fontanelle folgen und auf diese die andern beiden schrägen Kopfstellungen.*“ Mechanismum, quo haec species in secundam abit, fusius ad observationes suas describit in libro modo laud. p. 502. Conf. quoque Naegele *Uebersicht der Vorfälle in der Entbind. Anstalt zu Heidelberg vom Jahre* 1816 *in:* Salzburg. *med. chir. Zeitschr.* 1817. *Nr.* 57, ubi similes jam publici juris fecit observationes

centrum pelvis, in ista obvertitur directioni connexionis cum ileo dextro. Si uterus inclusumque corpusculum sinistrorsum et antrorsum inclinent, notandum in secunda specie, positis mox assignatis uteri infantulique situbus, fontanellam posteriorem sursum agi versus symphysim pubis; quod eodem modo evenit in hac specie versus cavitatem cotyloïdeam sinistram. Vix caput attingit sacri apicem, coccygem et perinaeum, cum media vel fere media pars ossis parietalis sinistri respondet parti superiori anguli reflexi anterioris. Unde capitis incessus in aperturam pelvis inferiorem, aeque difficilis est eadem causa, ac cum in secunda specie, pars superior coro-

auctor. Refutare ejus opinionem Carus suscepit in libro: „*Zur Lehre von Schwangerschaft und Geburt.* 1. *Abth. Leipz.* 1822. 8. *p.* 207." ibidemque addit: „*Mögen nun auch Andere diesen Untersuchungen die nöthige Aufmerksamkeit gönnen; denn der Vorgang, durch welchen wir insgesammt das Licht der Welt erblickt haben, verdient es doch wohl insbesondere, dass wir seiner Kenntniss unsere angestrengten Bemühungen widmen.*" Nuperr. duae me edocuere observationes eundem mechanismum, quem Naegele l. l. proposuit, ut jam Berolini sparsim mutationem tertiae positionis in secundam vidi: processus igitur, quo tertia vel quarta species in secundam primamve abit, negandus non est: de frequentia vero hujus positionis vix quidquam statuere velim: ea solummodo addere sufficiat, saepius mihi hucusque secundam a primo partus initio positionem obvenisse: an errores et deceptus inter explorandum (Naegele l. l. p. 505) me cum aliis a recta via abduxerint, indefessum naturae studium summaque ejus observatio me docebunt, quum maximae mihi curae est accuratissima mechanismi partus indagatio, quas observationes suo tempore ad versum Horatianum: „nonum prematur etc." publici juris faciam. Errasse vero cum aliis tunc mihi erit solatium!

nalium respondet eidem puncto arcus pubis. Non raro accidit caput adeo alte in cavum pelvis propulsum, viribus uterinis validissimis instantibus describere semi-quadrantem circuli a sinistro ad dextrum; qua rotatione, reducitur haec species ad secundam [1]) et quandoque ad tertiam: verum tunc caput describit quadrantem circuli cum semisse, a dextra ad sinistram [2]); hac in spe-

1) Ad secundam, quam supra exposuit Solayrés pag. 72. non ad secundam Baudel. et nostrorum, quod bene notandum.

2) Accuratius, quam Solayr., Baudelocque l. l. mutationem hujus speciei in secundam (quintam Sol.) describit, his utens verbis: „Il arrive cependant quelquefois, mais trop rarement pour le bonheur des femmes, que la tête, en descendant, se rapproche de la deuxième position; de sorte que l'occiput se tourne en devant au lieu de se porter du côté du sacrum. Ces exemples de quatrième position, réduite comme spontanément à la deuxième et de-là à celle qui est la plus ordinaire au détroit inférieur, nous indiquent ce que nous devons faire pour épargner à la femme les plus grandes difficultés de son travail: car en s'y prenant de bonne heure, l'Accoucheur peut toujours déterminer la tête à suivre cette direction favorable.“ §. 701 et 702. pag. 334. Innotuisse Solayri mutationem modo descriptam, extra omne versatur dubium: rotationem in secundam nostrorum speciem succinctis verbis non designavit, ad tertiam quandoque reduci hanc speciem addens: quum vero per quintam (secundam nost.) caput ad tertiam (primam) positionem pervenire contendit, descriptione quadrantis circuli cum semisse (quadrantis) a dextra ad sinistram, honore, quo Solayrém l. l. p. 508 afficit Naegele, summo cum jure dignus est. *„Dass der Kopf namentlich aus der dritten Scheitellage beim weitern Fortgange der Geburt zuweilen in die zweite übergehe, und bei'm Austritt aus dem Becken in die gewöhnliche, und wie dieses geschieht, dieses hat meines Wissens vor* Solayrés *keiner so bestimmt angegeben und gelehrt.“*

cie, corpore foetus et utero dextrorsum inclinatis, quod cognoscitur praesentia fontis anterioris ad centrum, et situ uteri in latere dextro abdominis; fasciculo intestinorum tenuium in sinistrum latus propulso. Hujus partus felix exitus magnam pelvis aream, vigentesque nisus requirit uterinos, quorum si alter defuerit, artem in subsidium venire absolutae est necessitatis [1]).

Quinta species. Caracteres. Sutura sagittalis sequitur directionem diametros obliquae, fontanella posteriori versus cavitatem cotyloïdeam dextram posita, anteriori vero versus connexionem sacri et ilei sinistri etc [2]).

Incessus capitis est absolute idem, caeteris paribus, ac in tertia specie: solummodo observandum, dictum mechanismum, mutata sede a dextra in sinistram, locum habere. In hac specie caput rotatur plerumque difficilius a dextro ad sinistrum, quam in tertia specie a sinistro ad dextrum *). Hujus rotationis impedimenta pendent

*) Pluries observavi, praesentibus DD. Carrière, Guillon, Doctoribus medicis, Marco Campillos, Hispano, Baudelocque, Le Vasseur, Cazemajou, Orelut, aliisque discipulis carissimis, occiput foetus hac in specie adeo difficile verti a dextra ad sinistram, ut saepe ex ambagibus maternis liberaretur, vultu lateri sinistro

1) Tardiorem hujus partus decursum observamus, nisi mutationem in meliorem situm subeat caput: qua mutatione non facta in hac specie, interdum forcipem in auxilium esse vocandam, me propria docuit experientia.

2) Secunda Baudelocquio et nostris species.

ab intestini recti situ [1]). Inclinatio uteri foetusque ad dextrum et antrorsum, eadem ponit partui obstacula, quae eorumdem inclinatio ad sinistrum et antrorsum in tertia specie. Unde eisdem consiliis, aliisque auxiliis, Parturienti relative ad situm datis, ut in specie tertia, multum allaboratur ad faustum partus eventum.

Sexta species. Caracteres. Hac in specie, sutura sagittalis sequitur diametros obliquae directionem. Fons posterior sita est versus connexionem ilei sinistri cum sacro, anterior versus cavitatem cotyloïdeam dextram : auris dextra ad sinistrum et antrorsum, etc.

Incessus capitis, in hac specie, est ad latus dextrum, quod in quarta specie ad latus sinistrum, caeteris paribus [2]).

parturientis obverso; unde partus tardior et difficilior erat. Item nobis observandum contigit in sponsa Ostiarii domus vulgo DES GOBELINS, praesentibus antiquo Scholae Praeposito et professore clar. D. BARBAUT, et D. D'ESTRUMEAU, ejusdem scholae socio †).

†) Directionem capitis obliquam in apertura inferiore, quam contra naturam recentiores fere omnes rectam designant, ita, ut sutura sagittalis diametro rectae respondeat, SOLAYRI bene notam fuisse, ex hac observatione denuo elucet: novumque inde argumentum colligi potest, quanta diligentia naturae observaverit leges. Cf. supra pag. 75. annot. 2.

1) De intestino recto a multis impedimenti rotationis falso accusato conf. NAEGELE l. l. pag. 507.

2) Quinta a BAUDELOCQUIO enumeratur species, a nonnullis recentiorum quarta. Idem, mutatis mutandis, de hac specie habet BAUDELOCQUE, quod de specie quarta. „Quelquefois l'oc-

XVIII.

Secundum genus.

Seu Partus Agrippini Autorum [1]).

Caract. Pedum digiti, talus, pedis solum, ejus convexitas, extremitas inferior cruris aut crurum post ruptas membranas, hoc genus denotant [2]).

Prima species. Caract. Tali versus pubim, pedum digiti versus sacrum versi etc. hanc speciem designant.

ciput, au lieu de se tourner vers le sacrum, se rapproche insensiblement de la cavité cotyloïde gauche, à mesure que la tête se plonge dans le bassin; de sorte que cette cinquième espèce d'accouchement se réduit insensiblement à la première." l. l. §. 709. pag. 337. Celeberr. NAEGELE quartae positionis cum tertia comparationem sequentibus exprimit: „*Eben so macht die Aehnlichkeit bes Geburtsherganges bei jener Kopflage mit dem bei der vierten eine detaillirtere Darstellung des Mechanismus von dieser überflüssig. Auf dieselbe Art u. s. w. wird in der Regel hier die Drehung des Kopfes von links nach rechts, oder der Uebergang aus der vierten in die erste Lage durch die Naturkräfte bewirkt, wie dort die Drehung von rechts nach links.*" l. l. p. 509.

1) De derivatione nominis partus agrippin. conf. *Encyclopäd. Wörterbuch der medic. Wissenschaften. 1. B. Berl.* 1828. p. 674, ubi varias veterum sententias de partus agrippae denominatione adumbravi.

2) Clunes plerumque digito explorante tangendae sunt, certumque praebent argumentum, inferiorem trunci partem esse praeviam Saepius in partu agrippino natura e viribus absoluto propius venientes observavi aperturae pelvis inferiori; genua abdomini infantis magis appropinquantur, cum sedentem teneat positionem foetus, vires uterinae dum urgeant pedibus praeeuntem. Semper fere simul cum pedibus clunes provenire vidi, et extra vulvam protendi infantem observavi.

Cum partus molles facile contractionibus uterinis cedunt, Infantuli corpus facili negotio saepius foras tendit, donec caput in pelvis aperturam superiorem devenerit. Tum ad dictam aperturam labendo, directionem obliquam sumit; ita ut cum hanc attigerit, magna diameter sui ovati inferioris accurate coeat cum una alterave diametrorum obliquarum praedictae aperturae. Hinc si mentum connexioni ilei dextri cum sacro respondet, occiput fertur in cavitatem cotyloïdeam sinistram, quo repagulo pars uterini nisus in apicem capitis transmissa infringitur; pars altera mentum agit in cavitatem pelvis, eo facilius, quo altior est, respective ad anteriorem, pars posterior aperturae superioris. Tandem mentum in cavitatem pelvis truditur, capitisque major diameter, diametro pelvis majori fit parallela. Superest summa capitis ab infimo claustro, extricatio: mentum commissuram inferiorem praetergreditur, dum occiput truncum trahendo sublevans, sub arcum pubis retro fugit, faciem obviam mox secuturum [1]).

Secunda species. Caracteres. Pedum digiti pone os pubis, et tali versus os sacrum etc., hanc speciem declarant.

Hac in positione truncus infantuli transgreditur pelvim haud operosius, quam in specie prae-

1) Quae prima Solayris species tertia a Baudelocquió designatur. Conf. l. l. Sect. IV. §. 743 et seq. p. 349. — Capitis directionem in pelvi praeclarissime describit Solayrés.

cedenti. Occiput plerumque fertur ad dextrum vel ad sinistrum iisdem causis, quibus mentum in prima specie hujusce generis. Dum occiput aperturae pelvis superioris occurrit, pars posterior aperturae in quam nititur illud coercet, cogitque basim malae inferioris in pectus impingere. Mala pectori nixa, caput in cavitatem pelvis incedit, modo haec ampla admodum sit, contractionibus uterinis pellitur in vulvam. Connexio trunci cum capite ad commissuram posteriorem vulvae vertitur; truncus fertur retrorsum resistentia arcus pubis, quam caput superare impar est, et tandem ex cavo pelvis liberatur caput, partem circuli describendo a parte anteriori ad posteriorem. Quando maxilla inferior alio vel altero osse pubis detinetur, occiput incedit secundum directionem faciei anterioris ossis sacri; et tandem diameter longior capitis, sua extremitate superiori in coccygem nititur, dum mentum uteri fundo prospicit. Dum caput viribus uterinis urgetur secundum directionem sacri et coccygis, occiput magis magisque accedit ad vulvam; truncus infantuli in commissuram anteriorem vulvae elevatur, mentum excutitur ex cavo materno postremum. In utroque casu mater absque artis auxilio liberari nequit, nisi aperturae pelvis tum superior, tum inferior, sint amplissimae relative ad capitis foetus volumen, contractionesque uteri validissimae [1]).

1) Quarta est Baudelocquii positio, et summo cum jure addit:

Tertia species. Caracteres. Talorum positio in latere sinistro parturientis, pedum digiti ad dextrum etc. hanc speciem designant [1]).

„La quatrième (secunda nostri) position des pieds est généralement regardée comme la moins favorable.“ l. l. §. 746. p. 350— In describenda capitis directione Solayrés secutus est analogiam magis, quam naturae leges. Vix eum observasse partum agrippae propriis absolutum viribus, verisimile est, quum multa his partubus adscriberet pericula, quae operatione solummodo, extractione scilicet, evitarentur, quod verba: „in utroque casu mater absque artis auxilio liberari nequit etc.“ satis superque argumentantur, quam animadversionem cuilibet annectit speciei. Vide quoque supra p. 48. Eundem fere errorem Baudelocque commisit in describenda hac positione l. l. §. 746 et seq. — Qui vero nostris temporibus observarunt mechanismum partus agripparum, omnes in eo conveniunt, paulatim dorsum magis flecti antrorsum, nisi ab initio hanc tenuisset directionem, ita, ut capitis evolutio, facie retrorsum versa, nulli submittatur impedimento. Quam spontaneam corporis rotationem saepius versione instituta, ipse observavi: regulam igitur, nisi sponte sequatur rotatio, natura ipsa nos docet.

1) Meliorem verioremque hujus speciei et sequentis Baudelocque habet descriptionem: primam enim hanc nostri tertiam designat, magisque ad partem pelvis anteriorem vergi talos, adjicit l. l. §. 726. p. 343. „Dans la première position des pieds, les talons répondent au côté gauche du bassin, et un peu en devant; les orteils du côté droit et en arrière, à-peu-près vis-à-vis l'une des symphyses sacro-iliaques. Au-dessus de cette symphyse sont placées la poitrine et la face, tandis que le dos est situé sous la partie antérieure et latérale gauche de la matrice.“ Caeterum Baudelocque mechanismum partus agrippae in describenda corporis rotatione melius ostendit, quam noster, qui capitis solum respicit directionem in pelvi: recte enim admonet §. 731 oblique transgredi clunes: „elles s'y présentent presque toujours diagonalement; la hanche gauche, dans cette première espèce répondant à la jambe droite de l'arcade du pubis, et la hanche droite au ligament sacro-ischiatique gauche.“

In hac specie truncus infantuli aeque facile ac in prima hujusce generis labitur, donec axillae nitantur in aperturam superiorem pelvis. Ala sinistra supra symphysim pubis posita, ad dextram, et dextra in posteriori parte, supra posteriorem partem aperturae superioris, ad sinistram volvitur. Mentum a dextro ad sinistrum et posterius, occiput a sinistro ad dextrum et anterius feruntur. Tunc caput init viam jam indigitatam in prima specie. Si vero axilla sinistra labatur in latus sinistrum pelvis, et dextra in dextrum, maxima diameter ovati inferioris, sequitur directionem diametri obliquae aperturae superioris, foetus mandibula in dextro et antrorsum posita, occipite in sinistro et retrorsum. Si utraque axilla feratur in latus sinistrum, difficilior evadit partus. Viribus maternis haec species non absolvitur, nisi validissimi sint conatus uterini, et apertura pelvis latissima; seu, quod idem est, nisi caput parvo sit volumine donatum.

Quarta species. Caracteres. Pedum digiti in sinistro latere, tali in dextro positi etc. hanc designant speciem [1]).

1) Secunda Baudelocquii positio l. l. §. 727 et 741. p. 348: „On ne peut se rappeler les caractères de la position des pieds, qui constitue cette espèce d'accouchement, sans remarquer entre le foetus et le bassin de la mère, le même rapport de dimensions que dans la position précédente; et sans être convaincu que le mécanisme de l'expulsion de l'enfant doit être le même dans ces deux cas."

Omnia eodem modo ac in praecedenti eveniunt: interest autem haec differentia, quod facies difficilius vertatur in primo casu a sinistro ad dextrum et retrorsum, ut situm obtineat versus faciem anteriorem sacri, quam in tertia specie, ut veniat a dextra ad sinistram [1]).

Notandum in alterutra specie hujusce generis, accidere posse unicum pedem protendere foetum, qua varietate tardius et operosius partus absolvitur [2]).

1) Intestinum rectum et in hac differentia accusare Solayrém, e supra laudatis p. 82. sat patet. Cf. Naegele loc. laud.

2) Hanc speciem imperfectam nostri appellant partum agrippinum. Naturae viribus posse absolvi partum, absque omni matris infantisque detrimento, si unum tantummodo ostendat pedem foetus, experientia edocuit, quod ter hucusque observandum mihi contigit. Quam nobis igitur demonstrat natura viam, nil obstat, quominus eam in operationibus sequamur: quippe qui unico pede apprehenso partum artificiose finire possumus: cum in ipso hoc partu agrippino sic dicto imperfecto, tum versionibus institutis, pede unico solummodo arrepto, attrahi infantem sufficit, quin alter prius solvatur. In omnibus, quas hucusque suscepi versionibus, hanc methodum sum secutus, nullumque neque matri neque infanti observavi detrimentum. Citius finitur partus, nec novi matri oriuntur dolores, dum manus alterum perquirendo pedem in uterum denuo perducatur. Conf. Sander: *„Darf bei der Wendung auf die Füsse die Ausziehung der Frucht, in gewissen Fällen, nur bei einem Fusse unternommen werden, oder ist vorher immer ohne Ausnahme der zweite Fuss auch zu lösen? In* El. v. Siebold *Lucina IV. Bd.* 3. *St.* 1808. Sander, Brunsuicensi ille artis obstetriciae Nestor venerandus, inter recentiores accuratius hanc methodum saluberrimam descripsit, haud incognitam quidem veteribus, sed cauta solummodo manu ab iis susceptam, aut omnino rejectam. Novissime celeber. Sander nonnulla prioribus adjecit in: El. v. Siebold *Journal IX.*

XIX.

Tertium genus.

Autorum partus, foetu genu vel genua praebente.

Caract. Signa praesentiae hujus regionis incerta, antequam membranae dilacerentur. Aquis effluentibus vel effluxis, tactu dignoscitur, progredi in orificium uteri et vaginam, unam aut alteram partem: quarum moles est spheroïdea. Porro diligentiori perquisitione occurrunt poplitis angulus, rotula, etiamsi cartilaginosa, pars superior cruris et inferior femoris. Sed hi omnes caracteres, eam non adepti sunt evidentiam, ut errori omnis ansa praeripiatur. Prima contrectatione, genua pro cubitis habere haud impossibile. Obstetricans ergo manum ducat super faciem anteriorem crurum aut femorum: hac porro, genitalia vel pedes infantuli, monstrante, omne fugatur dubium.

Prima species. Caracteres. Crura pone ossa pubis, femora versus os sacrum, etc. hanc speciem commonstrant.

In hac specie, omnia non aliter quam in prima secundi generis geruntur.

Secunda species. Caracteres. Femora pone ossa pubis, crura versus sacrum, hanc declarant.

B. 2. *St.* 1829. p. 378: *„Noch einiges über die halbe Steissgeburt“* et *X. B.* 3. *St.* *„Nachtrag zu meinem Aufsatze etc.“*

Hujus speciei exitus idem ac speciei secundae secundi generis.

Tertia species. Caracteres. Crura in sinistro latere, femora in dextro, hanc designant speciem.

Partus idem ac in tertia specie secundi generis.

Quarta species. Caracteres. Crura in dextro, femora in sinistro etc. hanc demonstrant.

Partus idem ac in quarta specie secundi generis. Frequentiores hujus generis varietates sunt, Infantulum unicum praebere genu, dum super abdomen vel in pectus flexa altera extremitas est, crure in femur adducto atque abdomini applicato; vel denique genuum altero impacto in aliquod pelvis punctum, unde difficilior evadit foetus extricatio [1]).

1) Rarissime occurrere genua ad os uteri conversa, inter omnes constat. Baudelocque inter 16,286 partus, quater solummodo genua praevia observavit. Conf. I. Fr. Osiander: „*Die Anzeigen zur Hülfe bei unregelmässigen und schweren Geburten. Tüb.* 1825. 8. p. 255 et *ejusd.* sententiam in: *Zeitschrift für die org. Physik* l. l. pag. 20: „*Die Knievorlage kann füglich zu den Fusslagen gerechnet werden; theils, weil sie unerhört selten vorkommen (ich habe z. B. nie eine Knielage angetroffen); theils, weil man, wollte man zwischen Knieen und Füssen einen Unterschied machen, man auch, um consequent zu seyn, zwischen Händen und Ellenbogen unterscheiden müsste, wodurch aber nur die Lehre von der Geburt mit nichts sagenden Worten vermehrt würde.*“ — Ex anno 1823, quo praxin incepi obstetriciam, neque Berolini, neque Gottingae, neque Marburgi genua observavi partes praevias.

XX.

Genus quartum.

Partus autorum, infantulo clunes uteri orificio praebente.

Caracteres. Praesentia corporis volumine et figura caput referentis, in quo nec suturae nec durities calvariae etc. observantur, rima, quae clunes dividit, coccyx, anus, genitalia, facies posterior sacri, anterior pubis, pars superior femorum etc. denotant clunes uteri orificio occurrere. Fere semper contingit infantulum sic positum, moeconio exonerari. Hoc signum quandoque offenditur, foetu situm alium quemcunque occupante; unde illius praesentia, licitum est tantum suspicare clunes anteire [1]). In variis hujusce generis speciebus, dolores non raro sunt segniores et molestiores, quam in speciebus primi generis primi ordinis.

Prima species. Caract. Coccyx, sacrum, anus infantuli pone ossa pubis sita, femora et genitalia versus sacrum matris, manifestant hanc

1) Baudelocque l. l. §. 767. p. 375. „L'issue du méconium, dès que les membranes sont ouvertes, peut, avant tout, faire présumer fortement, que les fesses de l'enfant se présentent à l'orifice de la matrice; mais l'on ne peut en être certain que d'après les signes énoncés.“ — Meconium, quod clunes praevias ostendit, crassum, fuscum magisque tenax observatur: si vero, foetu alium situm occupante, effluat, tunc clariore praeditum est colore, tenuiore gaudet conditione, quippe quod aliis permixtum sit humoribus.

speciem, quae eadem lege, ac prima species secundi generis absolvitur. Haec autem est differentia, quod, caeteris paribus, trunci exitus sit operosior [1]).

Secunda species. Caract. Sacrum, coccyx, anus infantuli versus faciem pelvis posteriorem, genitalia, femora pone pubim, pars dextra infantuli in latere dextro, sinistra in sinistro matris etc., hanc speciem declarant.

Hujus speciei idem exitus ac secundae secundi generis.

Tertia species. Caract. Sacrum, coccyx, anus infantuli in latere pelvis sinistro [2]); genitalia, femora in dextro, hanc speciem confirmant.

Partus idem ac in specie tertia secundi generis.

Quarta species. Caract. Sacrum, coccyx, anus infantuli in latere pelvis dextro, genitalia, femora in sinistro, etc. hanc assignant. Haec species uti quarta secundi generis absolvitur.

1) Baudelocque l. l. §. 766. p. 357. „L'accouchement en général, peut se faire tout aussi naturellement, quand l'enfant présente les fesses, que s'il offroit les pieds ou les genoux; excepté cependant, qu'il est toutes choses d'ailleurs égales, un peu plus long et plus difficile, parceque l'enfant ne forme pas alors un coin aussi régulier et aussi alongé que si les extrémités inférieures étoient développées.“

1) Antrorsum vergit infantis dorsum, ut jam supra pag. 86. adnotavimus. Quam nostri tertiam speciem, Baudelocque primam enumerat, saepiusque hanc positionem observari, natura docuit. Recentiores secundam hanc Baudelocquii primam appellant speciem, quod contra naturam fecisse, persuasum habeo.

Propria harum quatuor specierum varietas est [1]), quod clunium una vel altera tantum orificio nitatur. Tunc paulo operosior est partus.

XXI.

Ordo secundus.

Partus naturales et difficiles quorumdam, aliorum naturales operosi: non naturales clariss. Lamotte. Huc quidam ex partubus operosis clar. Dionis, et quidam ex partubus contra naturam quorumdam aliorum veniunt [2]).

Caract. Parturientis et praesertim uteri debilitas a quacumque causa vel morbo orta; ri-

1) Unam vel alteram clunium semper profundiorem in pelvis cavitate inveni, quod tumor uni solummodo clunium insidens in infante hoc in situ nato argumentari potest. Nullam igitur veritatem appellem id, quod regulam esse, me edocuit experientia.

2) Denominatio „Partus naturales et difficiles" omnibus certe aliis praeferenda est, quum inde cognoscamus, nisi complicationes quaedam, impedimenta adventitia, adsint, posse absolvi naturae viribus partum, infante naturalem tenente positionem. Celeb. Baudelocque ea, quae breviter solummodo designat Solayrés, fusius et accuratius pertractat l. l. troisièm. part. p. 477. „Des Accouchemens du second ordre, vulgairement appellés contre nature." Recte distinguit §. 1074. p. 480. „L'accouchement peut être essentiellement contre nature, ou le devenir accidentellement. Dans le premier cas, c'est toujours la mauvaise situation de l'enfant qui en est la cause; dans le second, ce sont différentes circonstances qui peuvent compliquer le travail, et que nous regardons comme autant d'accidens." — Nullam fere situs infantis transversi in hoc capite mentionem facit So-

giditas orificii caeterarumque partium mollium, quae foetui aditum praebere debent, superioris aut inferioris aperturae pelvis deformata configuratio, aut earumdem coarctatio, vel quod idem remorae genus procreat, foetus caput nimis crassum, nimia duratio remissionum inter dolores, horum energia ad foetus expulsionem absolvendam impotens, partus hujus ordinis praenuntiant. Si fons anterior, membranis ruptis, magis magisque ad centrum pelvis accedat, vel si foetus caput obvium it in secunda, quarta et sexta positione primi generis, et in cunctis secundi, tertii et quarti generis speciebus, nisi caput sit mole parvum, dolores validissimi, partum diutius quam spatio viginti-quatuor horarum protrahendum fore declarant, unde artis auxilio partum absolvit obstetricans, eo tardius aut citius, quo plus periclitatur infans vel mater, vel uterque simul [4]).

Permulti ex superius allatis secundi ordinis caracteres percipiuntur tantum ab obstetricante in pertractatione exercitatissimo, in arteque peritissimo. Hinc LAMOTTE vir in obstetricia arte

LAYRÉS, quem in secunda enumeravit classi: vide supra p. 51. et ob hanc causam ejus inscriptio: „Partus naturales et difficiles" magis arridet, quam caeterorum. — DE LA MOTTE aliam habet partus naturalis designationem: „Quelque partie que l'enfant présente, quand il vient bien, l'accouchement doit être toujours appellé naturel." Traité complet des Accouchemens etc. Leid. 1729. 4. p. 124.

1) Breviter SOLAYRÉS his verbis ea perstringit, quae prioribus variorum generum speciebus adjunxerat.

emunctae naris, dixit ambiguas prorsus esse ad eventum praedictiones, cum haec occurrens circumstantia, de improviso partum acceleret; illa vero retardet et protrahat. „*Qu'un Accoucheur doit toujours être entre la crainte et l'espérance jusqu'à l'accomplissement de son ouvrage, vû que le plus heureux accouchement en apparence, peut devenir long et difficile, et que le plus facheux peut se terminer dans le tems qu'il y pense le moins.* [1]).

Hoc in ordine, genera ac species sunt eadem ac in primo. Varietates, v. g. sanguinis profluvium, motus convulsivi, parturientis lypothymiae etc., quae species generum hujus ordinis complicare queunt, has in secunda vel tertia classi demandant, pro regione quam uteri orificio vel extra vulvam praetendit infantulus, et pro urgentia varietatis quae eis cognata est.

Peritus obstetricans nunquam solis viribus maternis committet species partuum secundi et tertii generis [2]); prae primis cum pars inferior trunci, sat alte extra vulvam prominet, ut funiculus umbilicalis uteri orificii limbis prematur:

1) Conf. Traité complet etc. Liv. II. Chap. II. pag. 151. — Simile in praefatione ejusdem libri habet auctor: „Il m'est arrivé quelquefois, que des accouchemens en apparence absolument mauvais et contre nature, se sont changés en des accouchemens très naturels.“ Contrariam vero saepe fieri, haud celat, addens; „rien n'étant plus inégal, plus bizare, ni plus trompeur que les accouchemens.“

2) „Decies repetita placebunt!“

hinc species horum generum saepius in secunda classi demandantur [1]).

XXII.

Peragenda in partu solis viribus maternis absoluto [2]).

Etiamsi hic mater propriis viribus sese exoneret, multiplici negotio tum ad foetum tum ad matrem intentus, suam operam complet obstetricans; quare accersitus ut opem enitendae ferat, sciscitabitur an prima vice parturiat, et quaenam in praecedenti partu, si jam pepererit, passa est. Jam tactu, quae in muliere peraguntur, disquirat, ne laborem spurium pro vero habeat [3]). His perpensis, dolorum momentum, et ea quae operantur in parturiente, dum saeviunt, aliquot temporis spatio attendat. Diagnosim prognosimque statuit, ratione habita signorum quae varios laboris partoritii gradus denotant. Spectet quoque ad peculiarem matris constitutionem, foetus positionem, et varia accidentia laborem concomitantia, etc. etc. Nihil re-

1) Classis secunda illos continet partus, qui absque auxilio manus obstetricantis absolvi non possunt. Vid. supra pag. 51.

2) Descriptionem nobis proponit Solayrés omnibus numeris absolutissimam eorum, quae obstetricanti in partu naturae viribus absoluto peragenda sunt, novumque inde ingenii sui monumentum atque summae naturae observationis argumentum exegit: sola enim natura, annuente Baudelocquio, usus est magistra!

3) Conf. Baudelocque l. l. §. 780 et reliq. — „Nota veri-

nuntiabit parturienti nisi prosperum: gratum prognosticum cum parentibus temperet, hosque non celet, millena parturientis capiti imminere discrimina, quorum nunc unum nunc alterum, reluctantibus licet artis auxiliis, nunc neutrum ingruit [1]).

Obstetricans parari tum sibi tum parturienti in decursu laboris necessaria, invigilabit. Haec sunt aqua, vinum, acetum, unguen vel butirum recens: iis praestaret fortis decoctio seminis mucilaginosi, ut Lini etc. Curat strari lectulum, in quo magna cum utilitate tum sibi tum foetui, tum iis, qui opem praebendi causa positi sunt, mulier parturiet: ea quoque lintea et alia parari jubebit, quae tum sibi, tum prolem enitendae,

tas, sine laboribus nullum esse partum, sub primo dolorum accessu, gravidam edendos esse nixus monet; exhortationem dein addit obstetrix: sic plerumque per plures dies vanis laboribus agitatur parturiens, magno cum sanitatis et virium dispendio. Cum potius obstetricans dolores veros a spuriis illis sejungens non nisi quietem, magno gravidae solatio, imperat.“ Roederer. Opusc, med. Gott. 1763. 4. p. 13. — Tristissimum exemplum Meckel nobis narrat in versione sua Baudelocquiana 1. Thl. p. 418. — Ipse vidi medicum, qui se obstetricium habuit, in gravida doloribus vexata forcipem frustra adhibentem: exploratio instituta orificium uteri ne apertum quidem ostendit, spuriumque illum fefellisse laborem, satis superque elucet. — De medico, qui forcipe usus erat in muliere ne gravida quidem, sed dolores partoritios simulante, narrat X. Y. Z. in El. von Siebold Journal IX. B. 3. St. p. 673. Risum teneatis amici!

1) „Ipse quidem partus naturae commoda res est,
Ipse tamen partus labor est sub imagine morbi!“
Hebenstreit.

tum foetui enixo erunt necessaria. His omnibus factis, attento animo notat quaecunque in paritura observanda veniunt: eam ambulare, sedere, recumbere, et tandem situm commodiorem tenere sinit obstetricans[1]). Alimenta euchyma mulieri permittet, si requirat appetitus: juscula tantum concedet, si non esuriat.

Penes est mulierem, cujus orificium uteri ad centrum pelvis inferioris accedit, sic se gerere ante membranarum rupturam. Si orificium uteri nixum esset in alterutrum ossium ileorum, in columnam vertebralem, vel in os pubim, et dolores essent permolesti, lassantes, obstetricans juberet mulierem situm servare, quo uteri fundus in istud vel in illud latus laberetur, ideo ut uteri orificium magis atque magis ad centrum pelvis deferret. Aquis effluxis, parturiens embryulci consiliis, mente docili obtemperet. Saepe animo praescriptis obsequente, datur partus facilitas. Pluries accersitus fui ad opem ferendam mulieribus, quae fortem validumque laborem spatio triginta sex horarum et ultra passae fuerant,

1) Baudelocque l. l. §. 793. pag. 368. „La situation de la femme n'est pas toujours arbitraire: elle doit être variée selon les circonstances et le temps du travail. Lorsque celui-ci ne fait que commencer, qu'il n'est compliqué d'aucun accident, et que tout ce qui a rapport à l'accouchement se présente bien, la femme peut choisir la situation, qui lui paroit la plus commode.“ — Quid efficere possimus situ quodam ad uteri, capitis etc. positionem electo, neminem fugit, et Solayrés sequentibus eum commendat verbis.

quaeque brevissimo temporis intervallo, propriis viribus foetum enixae sunt, praescripto et admisso utili situ, relative ad positionem, in qua occurrebat caput infantuli. Hoc aperte declarat, quanti sit momenti tactu dignoscere proprium capitis infantuli situm, statim ut possibile est. Hic profiteri non dubitabimus casus adesse, in quibus de capitis positione certum pronuntiare difficillimum sit obstetricanti, etiam in pertractatione exercitatissimo; unde vicibus repetitis in caput infantuli digitus immittendus est, ut illius situs peculiaris discernatur. Tales sunt casus, in quibus pilosa cutis oedematosa, vel tumefacta, suturae omnino fere osseae, parum sensibiles fontanellae exstant. Si his in omnibus circumstantiis, caput foetus ad vulvam dolores non propellant, sat alte manum ducat obstetricans, ut caracterem detegere possit, qui capitis positionem extra dubii aleam ponat. Frequentius observantur partus instrumentis necessario absolvendi, quod obstetrices parturientibus auxiliaturae, non tempore opportuno agnoverunt, caput progrediendo in cavum pelvis vitiose deflectere [1]).

Adhibitis, quae supra retulimus, obstetricans colloquiis honestis parturientem solatur, eamque invitat, ut dolores magno animo ferat, et pro viribus efficaciores reddat, absque plangore

1) Ex regula illa aurea, nec satis laudanda: „Principiis obsta."

et praeprimis ululatu, si illam penes sit. Quae ululant, contractiones non solum minus efficaces reddunt, sed etiam puerperae haud raro aphonia et quandoque synanche afficiuntur[1]). Ei faustum futurum esse partum pollicetur: ne tamen laboris terminum praenuntiet, nisi eventuro remotiorem ponere sibi arrideat.

Saepius obstetrices jubent parturientes recumbere, ut possint eis in labore partoritio adesse. Auxilia, quae eis suppeditare contendunt, sita sunt in ampliatione vulvae, quam operare conantur, ambos indices digitos inducendo in hujus cavitatem, quam dilatare nituntur, digitorum alterum ferendo ad dextram, ad laevam alterum, vel ambos contra commissuram posteriorem valide applicando[2]). Aliae alio modo se gerunt: duos vel tres ejusdem manus digitos, quam maxime alte possunt, in vaginam ducunt, et eam una cum vulva dilatare conantur, partes illas

2) Raucedinem summam et aphoniam subsequentem saepius observavi in parturientibus, qui clamore et ululatu nunquam cessante non solum dolores sed etiam impatientiam suam manifestarunt.

1) Obstetrices omni tempore ejusdem fuisse ignorantiae, et cuncta, testante Roederer, artis obstetriciae, praecepta tradenda esse, si, qui obstetricum sint errores, esset exponendum, sat patet. Ipse vidi obstetrices operationem, quam modo descripsit Solayrés, in parturientibus exercentes, et Ovidianum illud „A Bove majore discit arare minor" obstetricibus dictum credam, quod nisi genus discipulorum a poëta accuratius designatum vetaret. Quas plures observavi ab obstetricibus commissos errores, publici juris feci in: El. v. Siebold Journal X. B. 2. St. 1830. pag. 200 et seq.

tum a dextris, tum a sinistris, tum retrorsum diducendo. Ex his primum allatis, doloribus diris cruciatur mulier, secundum, levioribus. Utrumque maxime noxium, non solum quod genitalia irritent, sed etiam quod abstergant humores unctuosos earum dilatationi alioquin fauturos, et foetus viam ungere natos. Dilatationes ab aliis insignitae, praeparatoriarum, gallice *préparatoires*, nomine, non minus ac praedictae intempestivae sunt, praeprimis si adhibeantur, priusquam caput in cavum pelvis inferioris sit delapsum [1]. Quo magis praeparationes relatae parturienti nocent, eo magis prosunt pressiones, quas super coccygem et ligamenta sacro-ischiatica instituit gnarus obstetricans, cum obstant partes assignatae, ne caput in aperturam pelvis inferiorem progrediatur. Pressiones illae celeriorem concitant partum, sive favendo horum ligamentorum extensioni, et coccygis retrorsum flexioni [2],

1) Baudelocque l. l. §. 800. p. 371. iisdem fere ac noster verbis in obstetrices investigat: „Les manoeuvres, que ces femmes qualifient du nom de dilatations préparatoires, produisent souvent un effet contraire à celui, qu'elles en attendent; car en privant toutes les parties qu'elles touchent avec si peu de ménagement, de l'humeur muqueuse que la nature n'y fournit alors abondamment que pour les relâcher, elles les irritent et le dessêchent au point qu'elles ne tardent pas à s'enflammer et à devenir douloureuses.“

2) Meliora de hac coccygis retrorsum flexione docet Baudelocque l. l. §. 805. p. 372. „La rétropulsion du coccix, recommandée par tant d'Accoucheurs à dessein de favoriser l'issue de la tête de l'enfant, seroit une de ces dilatations préparatoi-

sive contractiones uterinas validiores efficiendo, quod non raro in praxi observando contingit. Quidam obstetricantes in cessatione dolorum, irritationem orificii uterini digito peractam, ut dolores e novo excitarentur, praescripsere[1]): quod

res qui ne doivent pas être négligées, si le coccix formoit autant et aussi souvent obstacle à l'accouchement qu'on se l'est persuadé; mais ces obstacles attribués au coccix, ne viennent la plupart du temps, que la rigidité des parties molles externes." — Methodum, quam celeberr. STEIN praecepit (*Theor. Anleit. 5te Aufl.* §. 685), quo digitis in ani orificium immissis, caput sursum extrorsumque moveri voluit, nuperrime ingenios. RITGEN denuo commendavit. Conf. *Gemeins. deutsche Zeitschr.* III. B. 1. H. 1828. p. 153. Quam encheiresin jam SMELLIE docuit in: Traité de la theorie et pratique des Accouchemens etc. trad. par PREVILLE. Par. 1754. T. 1. p. 221. „Lors donc que la tête est retenue en arrière par quelqu'un de ces obstacles, et que l'Accouchement a été ainsi retardé pendant plusieurs douleurs, il faut profiter de la première qui se présente, introduire un ou deux doigts dans le rectum avant qu'elle soit passée, et presser sur le front de l'enfant à la racine du nez, observant sur-tout, de ne pas appuyer sur les yeux. Par cette compression on assujettit la tête jusqu'à ce qu'il revienne une autre douleur, qui la chasse plus loin en avant; pendant ce tems-là on pousse doucement et par degrés avec ses doigts, et on fait faire au front un demi tour en dehors et un autre demi tour en haut."

1) Quam irritationem praescripsit celeberr. STEIN in dissertatione quadam Marburgi edita: SCHEHMEL de novissima aeque ac praestantissima ad promovendum partum naturalem encheiresi. Marb. 1792. „Encheiresis haec elevandorum orificii uterini labiorum irritamenti instar debiles minusque frequentes dolores mirifice sollicitat." Ibid. — Rejicienda merito haec irritamenta, quorum damnum vix attingit utilitatem ex iis speratam, SOLAYRISque experientia, quam nobis communicat, certe magni habenda est. Superflua, quin noxia quandoque esse, quae ad

huic operationi succedere polliciti sunt, nusquam evenit. Uterus, post longum nec non operosum laborem, comparari potest homini exhausto labore diu protracto: hic musculos in actum promovere nequit, nisi quiete et persaepe auxiliis multigenis, ejus vires quiete reficiantur. Pluries tentavi orificium uteri titillare, ut excitarentur contractiones uterinae. Irrita omnia tentamina expertus sum, si adhiberem ea in instanti cessationis doloris: aliter se res habebant, si ab aliquo tempore cessassent dolores, et uteri vires restitutae fuissent. In primo casu querebantur Parturientes, dolorem in genitalibus digito inferri, nec tamen procreatae erant contractiones uterinae: in secundo, dolores digito excitatos tribuebant uterinae contractioni, quam jam erant

os uteri fiant molimina, Roederer jam docuit. — De encheiresi Steiniana conf. Stark *Archiv.* IV. B. p. 680. et VI. B. p. 64. — Quas mechanicas irritationes non omnino abdicat, sed cauta manu adhibendas suadet Baudelocque l. l. §. 803. pag. 372. „Nous ne proscrivons pas toutes dilatations operées par l'introduction des doigts; parce qu'il y a de cas où elles sont utiles et même nécessaires, soit à l'égard de l'orifice de la matrice, ou seulement des parties externes; il faut donc les faire, mais à propos et comme il convient." — De irritatione orificii uteri ad partum praematurum artificialem sic dictum efficiendum adminiculo conf. *Gem. deutsche Zeitschrift.* III. B. 2. H. pag. 248. Quod jam veteribus notum fuisse, narrat Haller in: *Vorlesungen üb. die gerichtl. Arzneiwissensch.* Bern 1782. 81. B. p. 148. — *„Die alten Griechen bedienten sich einer Art von Mutterzapfen* (Pessarium) *womit sie den Uterus zu reizen und die monatliche Periode zu befördern sich beflissen, u. s. w. Dass dieses einen Abortus erwecken könne, ist unbezweifelt."*

experturae; sed notandum, dolores illos paulopost sua sponte exorturos fuisse [1]). Cum accersitus fui ad Parturientes, quarum uterus lassatus et dolore gravatus fuerat, cui etiam imminebat sanguinis ingurgitatio, irritationes digito colli uterini marginibus institutae, vanae fuere. Venae sectiones, balnea, potus diluentes, clysmata opportune adhibita, effectus salubriores attulere. His auxiliis pacatus uterus, novis se contractionibus accingit [2]).

Dum occiput seu conjunctio quatuor calvariae ovatorum, arcum pubis subire incipit, perinaeum et arcus deorsum et retrorsum pelluntur *): si remissi et moderati dolores sunt, sensim

*) Cum pelvis apertura superior respective ad molem capitis angustior est, id qualibet contractione inferius trusum, qualibet remissione sursum retro pellitur, tum partium durarum pelvis resistentia, tum calvariae

1) Nonne obstetricantibus, qui remedia dolores parturitios excitantia in usum vocant, saepius acclamandum esset: „Notandum, dolores illos paulopost sua sponte exorturos fuisse!"

2) Baudelocque l. l. §. 808. p. 373. „Quand la lenteur du travail ne vient que de la foiblesse et l'èpuisement de la femme, le repos, les bons restaurans, un peu de vin d'Alicante ou d'autre semblable, sont les choses les mieux indiqueées. Lorsqu'elle dépend au contraire de la roideur des fibres de la matrice, de l'engorgement ou de l'inflammation de ce viscère, la saignée, les bains, les fomentations émollientes, et les boissons délayantes, peuvent seules ranimer les douleurs." — De venaesectione, optimo interdum in partu remedio, conf. immortale Wigandii opus dignum, quod diurna nocturnaque versemur manu: *Die Geburt des Menschen. 1. Th.* §. 54.

et sine sensu dilatantur, et absque laceratione e vulva sese extricat caput infantuli: si contra, validi ac frequentiores sunt dolores, caputque amplae molis, furcilla [1]) et perinaeum scinduntur. Hoc infortunium vitandi causa, Embryulcus genitalia perungere curat [2]), Parturientem jubet doloribus obsistere, quantum in se est [3]). Tunc,

elasticitate. Idem contingit, cum jam caput ad aperturam inferiorem devenit, si capitis moles supra data occurrat, et coccyx, ligamenta sacro-ischiatica, perinaeus, vulva aegrius cedant, donec sinum osteum inferiorem pelvis, gibbi parietales praetergressi fuerint: tunc remittente dolore, caput immobiliter sistitur, novoque ulterius truditur, et tandem omni extricatur repagulo. Hunc capitis retrocessum obstetricantium turba funiculi circa collum foetus revolutioni adscripsit.

1) Furcilla, idem quod froenulum labiorum, a Gallis „la Fourchette" appellatum. Conf. Schurigii muliebr. Dresd. et Lips. 1729. 4. p. 15. „Hoc autem loco paucis adhuc monendum, eandem combinationem Anatomicis froenum labiorum, et Gallis la fourchette appellari etc." Vid. quoque Baudel. l. l. §. 150. p. 96. „Au devant et un peu plus bas que l'hymen, se voit un autre répli sémi-lunaire, désigné sous le nom de Fourchette."

2) „Pinguedine quadam, butyro, oleo amygdalarum dulci etc. vagina atque labia saepius inungere potest, ut consuetudini satisfaciat, atque forsan fibras paulo magis relaxet." Roederer l. l. §. 311. p. 138. — Inunctiones genitalium praeprimis siccarum, Divus Cous jam commendat: „Si quae adhuc in partu est, sicca fuerit, nec nisi aegre humectetur, oleum bibendum, et loci oleo calido, et malvae decocto calido perfundendi, et cerato liquido illinendi, adipe etiam anserino cum oleo infuso." l. l. de morbis mulier. I. p. 168.

3) „*Nie, als in diesem Zeitpunkt ist es nothwendiger das*

una vel altera manu perinaeo adaptata, obstat, ne promptior sit capitis detrusio, dum conatur illud ducere a commissura posteriori ad anteriorem [1]). His auxiliis adhibitis, saepius perinaei

gewöhnliche Verfahren der Kindmütter, das in diesem Zeitpunkt der Geburtsarbeit darin besteht, dass sie der Frau mit aller Gewalt das strengste Verarbeiten der Wehen dringend anrathen und deshalb zum Gewissen machen, weil sie ihr Kind ohnedem umbringe; umzukehren, und der Frau, so viel es ihr irgend möglich ist, Ruhe anzurathen. Sie gewinnt durch Schonung ihrer Geburtstheile offenbar, und das Kind leidet, wie ich's aus so vielen Erfahrungen gewiss weiss, nichts dabei, wenn auch zehn, zwölf nicht so mächtig verarbeitete Wehen es eine viertel oder halbe Stunde später zur Welt bringen." Meckel in *versione* Baudel. 1. Th. p. 429. Not. g. — Solayrés nos docet, quibus in casibus nixus voluntarios parturiens vitare debeat, eamque hodie nos sequi cautelam, inter omnes constat. Modum vero excedere videntur, qui omnes impediant parturientes, quominus musculis contractis ac spiritu suppresso nixus edere possint, quae partus adminicula ipsam certe poscere naturam, in animalibus parturientibus quotidie observari licet. — Conf. ad hunc Solayris consilium Puzos Traité des Accouchemens etc. Paris. 1759. 4. p. 115. „On sent combien il seroit impudent alors d'exciter la continuation de si grands efforts sur une partie si amincie, sous prétexte de faciliter l'accouchement: il faut au contraire les ménager, soutenir de la main cette partie, et diriger l'effort de la douleur vers le pubis: on engage même la femme à modérer ses efforts, et à ne pas faire valoir ses douleurs autant qu'elle le pourroit: car il vaut mieux quelle accouche quelques moments plus tard que s'exposer ces parties à un déchirement qui laisse après lui des grandes incommodités etc."

1) Quod Solayris praeceptum veterum quorundam consisiliis longe praeferendum est, qui jubent quovis ingruente dolore digitis perinaeum versus os sacrum deprimere, atque infra caput ducere, et reliq. Jam dudum meliori ratione usus est cel. Puzos l. l. p. 115. et mechanismum capitis e matris gremio progredientis Smellie ita descripsit, ut regulae, quas sequeren-

lacerationem vitat. Quando infantuli facies antice et sursum posita est, ut in secunda, quarta et sexta specie evenit, inferius propellitur perinaeum, et ni caput sit parvum vel apertura inferior amplissima, difficile harum partium dilacerationem vitabit obstetricans, etiam auxiliis recte adhibitis [1]. Vix caput vulvam supergressum est, ut eodem conamine uterino vel subsequenti, ejus facies sive postice, sive antice sita sit, saepius in crus dextrum vel sinistrum vertatur. Hac quarta

tur obstetricantes in perinaeo tractando, perbene inde possent cognosci. Conf. Smellie l. l. trad. par Preville Tom. 1. p. 218. „Lorsque la tête est avancée jusq'au point que la partie postérieure du col se trouve au-dessous de l'arcade des os pubis, le front force le coccix, le fondement et le périnée, les repousse en arrière et en bas; alors le derrière de la tête se dégage d'environ deux ou trois pouces de dessous le pubis, fait un demi tour en montant, au moyen duquel le front se dégage également des parties contre lesquelles il est appuyé, et par ce moyen le périnée n'est ni déchiré ni rompu." — Hanc meliorem et accuratiorem a Solayré descriptam methodum celeberr. Stein recentiore quoque tempore proposuit l. l. „*Dem zweiten Anschlage wird nach der vernünftigen Methode des* Smellie *und* Plenck's *vielmehr ein Genüge geleistet, wenn man die flache Hand auswärts an den ausgedehnten Damm so ansetzt, dass man unter den Wehen nach hinten darüber wegfährt, und den Damm zu ein und eben derselben Zeit dergestalt nicht nur unterstützet, sondern auch selbst den Kopf aufwärts zu heben sucht, nicht anders als wollte man so zu sagen der Kraft der sich zusammenziehenden Gebärmutter, und ihrer gerade herunterpressenden Wirkung widerstreben.*"

1) Baudelocque l. l. pag. 382. Sect. VII. „De quelques précautions particulières relatives à chaque position de la tête, ou à d'autres circonstances qui rendent quelquefois l'accouchement un peu plus difficile."

rotationis parte, magna humerorum diameter majori diametro aperturae inferioris pelvis fit parallela: si capite vel solis humeris non peragitur haec positionis foetus mutatio, istius truncus, capite excluso, in pelvi detinetur. Si tunc obstetricans infantuli corpus luci dare nequit, manibus, altera basi inferioris maxillae, altera occipiti, adaptatis, autores quidam jubent, alterum vel utrumque indicem, unam alteramve alam injici, ut corpus infantuli attrahant. Eo autem opere, tantum abest, ut facilem infantuli trunco exitum, ut e contra difficiliorem praebeant[1]. Hanc igitur methodum rejiciat gnarus obstetricans et inductione digitorum indicis et medii in faciem anteriorem unius vel alterius humeri, et eorumdem digitorum manus alterius in faciem posteriorem humeri oppositi, hunc humerum antrorsum, retrorsum alterum ferat[2]. Hoc situ trunci, foetus major diameter seu transversalis, maximae diametro aperturae inferioris respondebit, facilisque

1) „L'on ne doit jamais se permettre de faire des grands efforts en tirant sur la tête et le col de l'enfant, dans les vues d'extraire le tronc, quand la largeur des épaules y apporte quelques obstacles; parce que ces efforts sont on ne peut pas plus dangereux.“ Baudel. l. l. §. 827. p. 381. — Melius consilium sequentibus proponit verbis Solayrés, mechanismum humerorum e pelvi progredientium respiciens.

2) Eandem praecipit Baudelocque encheiresin ad humeros evolvendos: „Il faut en pareil cas introduire l'index de chaque main sous les aisselles, pour s'en servire en manière de crochet.“ ibid. Laqueorum, hamulorum etc. usum, quem commendat Baudelocque, Solayrés laudare non videtur.

saepius erit trunci exitus, hunc manibus altera in basim maxillae inferioris, altera in occipite applicatis, promovendo. Primo motu, tentabit caput et infantuli corpus ad anum et coccygem ducere: hoc conamine, humero ad sinum pubis sito, apertura inferiori extricato, ad se et antice caput eliciet obstetricans: tunc alter humerus expeditur versus commissuram posteriorem; quo facto, praecipiti elapsu proruit truncus, nisi funiculus sit contractus, aut collo infantuli implicatus; quo casu praescindatur necesse est, ne uteri inversio fiat. Si invita situs mutatione superius allata, exitus trunci infantuli ex apertura pelvis inferiori, sit difficilior, obstetricans extremitatem superiorem unius vel alterius brachii, intra indicem et pollicem arripiet, et hoc modo humerum in partem lateralem colli eliciet. Illo vel altero humero sic progresso, brevior fit transversalis trunci diameter, indeque facilior exitus. Puerum enixum dorsum vulvae obvertentem, in alterum latus sternat, et funiculum super latus alterum ponat: deinde abdomen, qua parte utero respondet, manu fricet et comprimat, ut uterinam contractionem sollicitet.

XXIII.

De funiculi umbilicalis vinctura.

His peractis, injicienda est funiculo umbilicali ligatura. De loco, deque ipsius colligandi ne-

cessitate dissentiunt Embryulci. Ut de hoc brevior sit sermo, sat erit, quod experientia comprobat, referre. Qui forti et valida constitutione gaudent infantuli, quorumque pectus valida inspiratione ampliatur, ii vix, funiculo ad sextum vel octavum ab umbilico pollicem inciso, aliquot sanguinis guttulas fundunt: si vero debili et delicata sint complexione, et difficilem spiritum trahant, plus, parce tamen, sanguinis profluit, eoque minus, quo longior funiculus superstes, et frigidior atmosphera ambiens. Etsi jam allatis sufficiens sit, funiculum infantulorum forti constitutione praeditorum, ad septimum vel octavum ab umbilico pollicem absque ligatura, aciei subjicere; culpandus esset obstetricans, si vincturam non injiceret. Haec, villis alter alteri per latus appositis et obceratis, conficitur ad secundum ab umbilico pollicem. Huic superior fiat altera; inter istam et priorem rescindendus est funiculus; quod perutile. Hinc major nec ad extrusionem inutilis, placentae moles [1]). Si secunda ligatura

1) Duas igitur injici ligaturas, Solayrés suadet, quod nunquam ommittendum. Majorem nec ad extrusionem inutilem placentae fieri molem, praeclare annotat auctor noster. — Cf. El. v. Siebold, *Krankheit. der Wöchnerinnen.* p. 180. *„Auch glaubt der Verfasser das Unterbinden des mütterlichen Theils der Nabelschnur erwähnen zu dürfen, da die Placenta von Blut erfüllt bleibt, grösser in ihrem Volumen ein schnelleres Zusammenziehen verhindert."* — Observationem, quam paulo inferius Solayrés narrat, maximum vidisse e funiculo umbilicali sanguinis profluvium, confirmare possum, quippe qui saepius

absit, et uterus contractetur, vix una aut altera sanguinis uncia ex umbilicali vena profluit. Observavi tamen maximum sanguinis profluvium e funiculo umbilicali in duabus puerperis, quarum erat uterus iners; idem mihi observandum contigit in altera, cujus placenta utero contracto ita adhaerebat, ut hanc manu avellere coactus fuerim. Praesentia ejusdem phaenomeni in omni inertia uteri post foetus expulsionem, comprobaret merum sanguinem a matre ad infantulum ferri.

Funiculo reciso, cautelis foeminae ad eum curandum praepositae, infantulum committit obstetricans [1]).

XXIV.

De secundinarum extractione.

Foetu ex uteri cavo expulso, continuo in se se coarctatur hocce viscus, et si secundinarum

sanguinis copiam e parte funiculi materna haud deligata prosilientem vidi.

1) Conf. ad hoc caput Baudel. l. l. chap. IV. Sect. prem. p. 386: „De soins qu'on coutume d'accorder à l'enfant né sans accidens." — De duplici funiculi ligatura haec habet: „L'usage de faire deux ligatures au cordon avant de le couper, paroît aussi ancien que l'art même. La crainte d'une hémorrhagie dangereuse, en voyant couler quelques gouttes de sang des vaisseaux divisés, plutôt que cette hémorrhagie même, semble y avoir donné lieu; et l'on ne sauroit encore s'élever aujourd'hui contre cet usage, sans s'exposer à être taxé d'ignorance et d'impéritie, tant il a été respecté dans tous les temps." l. l. §. 841. p. 387. Ipse autem partem funiculi placentae adhaerentem deligare dissuadet. §. 848.

cum utero levis sit adhaesio, orificiique uterini resistentia nulla vel fere nulla, earum detrusio absque dolore absolvitur. Quando vero, hae uteri superficiei internae arcte inhaerent, et orificium difficile dilatationi obsequiosum, novi exoriuntur dolores plus aut minus acuti, intervallis divisi, quique saepius perstant, donec ab uteri cavo expellantur secundae. Cum placenta ad vulvam delapsa est, una vel altera manu Embryulcus eam complectitur, et a dextra ad sinistram, vel a sinistra ad dextram volvit; hinc membranae funis genus quoddam efficiunt, et dilacerationi minus aptae evadunt. Hac methodo, non solum quidquid membranarum utero inest, ex illius cavo foras ducitur, sed etiam extruduntur placentae portiunculae, quae quandoque a majori ipsiusmet fragmento, plus aut minus distantes reperiuntur [1]). Quidam contendunt disjunctionem placentae circa periphaeriam incipere, quod infrequens est, et quando contingit, sanguinis profluvio haec concomitatur. Placentae solis viribus maternis detrusae centrum, saepe saepius uteri orificio occurrit: hinc si funiculi placentae insertio anteit, hunc in centri vicinia aut in ipsomet centro implantari, judicabit obstetricans. Quando levibus continuisque tractionibus, non vero succussionibus, ut quidam jubent, funiculum nunc a dextra ad sinistram, nunc a sinistra ad dextram, et tandem a commissura posteriori

1) Placentae sic dictae succentariatae haud raro obveniunt.

in anteriorem, et ab anteriori in posteriorem ducit Embryulcus, saepius contingit, punctum placentae quodcunque sit, cui infixus est funiculus, primum anteire. Sanguis partim fluidus, partim grumosus, qui ex utero elicitur una cum secundinis, comprobat etiam disjunctionem hujusce corporis incipere a centro ad peripheriam: idem commonstrat placentae ac membranarum inversio, quae raro non evenit, dum ex uteri cavo expelluntur.

Quater post foetum enixum, uno aut altero segmento validius arctato, cavum uteri bipartitum observavi, placentamque in cavo remotiori inclusam[1]); notavique in omni casu, aquas diu ante

1) **De placenta incarcerata, insaccata (enkisté, chatonné), Conf. W. Jos. Schmitt** *gesammelte obstetr. Schriften. Wien* **1822. 8. p. 409.** *„Ueber den herrschenden Lehrbegriff von Einsackung des Mutterkuchens."* **Eandem describit formam bipartitam:** *„Bei der Einsackung ist die Gebärmutter in zwei Höhlungen getheilt, zu deren jeder eine eigene Oeffnung führt. Die untere Höhle ist die gewöhnliche, naturgemäss bestehende, und der Weg dahin der eigentliche Muttermund; diese Höhle ist leer und schlaff. Die zweite Höhlung ist eine (durch Krampf) neu entstandene, aussergewöhnliche, normwidrige, den eigentlichen Sack bildende, zu welchen man durch eine eigene, runde, bald grössere, bald kleinere, mehr oder weniger widerstehende Oeffnung, die einen zweiten uneigentlichen Muttermund darstellt, gelangt. In dieser Höhle liegt der Mutterkuchen, angeheftet oder gelöst. Durch diese zweitheilige Höhlung soll die Gebärmutter sich eine ganz eigene Form anbilden, und viele Schriftsteller vergleichen in diesem Falle (vorausgesetzt dass der Mutterkuchen am Grunde des Uterus sitzt) die Gebärmutter mit einer Fischblase oder Sanduhr."*

foetus exclusionem omnino effluxisse, unde hujus phaenomeni facilis emanat aetiologia: namque, quis non concipit, aquis effluxis, uteri varia segmenta eo magis arctari, quo regionibus infantuli tenuioribus respondent. Hic finis sit doctrinae de secundarum extractione. Hanc explevit omni laude major, hujusque scholae et artis lumen Dr Levret *).

*) Essai sur l'abus des régles générales, et contre les prèjugés qui s'opposent aux progrés de l'art des Accouchemens. pag. 168. et suiv.

Suite des Accouchemens laborieux, edit. 3. pages 41, 48, 69, 104, 119, 128. 281.

La manière de délivrer les femmes: dans le troisième volume des mémoires de l'Academie de Chirurgie cet.

DE MULIERUM ORGANIS GENERATIONI INSERVIENTIBUS.

I.

Partes, quae apud mulieres generationis mechanismo, foetus incremento et exclusioni inserviunt, aliae sunt durae, aliae molles.

II.

Sub titulo durarum, venit cavitas illa ossea, in quam desinit truncus, pelvis dicta. Ratione marginis prominentis, pars superior *pelvis magna* dici solet, dum inferior *parva pelvis* nuncupatur. In efformanda magna pelvi, quae parvae imponitur, postice concurrunt vertebrae lumbares et pars superior ossis sacri: latera efformantur partibus duabus tertiis ossium ilium superioribus: terminatur autem antice, minima parte ossium pubis. Limbus inferior thoracis haberi potest ut terminus superior [1]).

Parvam inferioremque pelvim constituunt postice maxima ossis sacri pars et coccygis os; antice ossa pubis, et ad latera, tertia quartave pars inferior ossium ilium et ossa ischia. Vacuum parvae pelvis, vulgo *excavationis* nomine indigita-

1) n magna pelvi (sive in spatio pelvis superiore Osiand.) uteri gravidi expansionem fieri observamus, quae eum attingit gradum nono mense, ut diaphragma sive inferiorem thoracis limbum attingat: terminum igitur eum vocat superiorem Solayrés.

tur, quae excavatio in *superiorem* et *inferiorem aperturam* distinguenda venit. Circularis est fere aperturae superioris figura in foetu terminum adepto. Haec, dum ille aetate crescit *), mutatur in ellipticam, quod a concursu complicationis variarum sui partium pendet [1]).

*) Pro varia ossium forma, varium est illorum incrementum: in ossium enim planorum marginibus, qui substantia cartilaginea obducuntur, et ubi facies occurrunt articulationibus dicatae, promptius sensibiliusque incrementum est; in ossibus cylindraceïs, lentius insensibiliusque, quia in diaphysi illa peragitur. Ex simultaneo et respectivo incremento ossium pubis, ilium, ischii uniuscujusque, ossisque sacri, quod primis a nativitate annis succedit, repetenda est varia amplitudo aperturae superioris, quae in excavatione pelvis occurrit. Si ad situm variarum articulationum attendatur, pro demonstrata haberi potest mutatio illa. Nam incrementum ossium pubis et ilium versus cavitatem cotyloïdeam, fere directe detrudet antice ossa pubis, et postice sacrum; dum e contra incrementum facierum lateralium ossis sacri, et ilium sibi mutuo respondentium, in dextram et sinistram partem ossa ilium necessario deturbabit: eo etiam collimat factum ad pubis symphysim incrementum. Ex illo ossium memoratorum incremento sequitur, quod ex quinque locis, in quibus ossa pelvis crescunt, tria dentur, quae inserviunt ampliandae diametro transversae; dum duo tantum concurrunt ad elongandam diametrum

1) Varias aperturae superioris formas iconibus illustravit praeclarissimis Stein jun. in: „*Lehre der Geburtshülfe, als neue Grundlehre des Fachs.* 1. *Th. Elberf.* 1825. 8. F. 1. 2. 3. 4.

Figuram pelvis dimetiuntur obstetricantes tribus lineis ab uno circumferentiae puncto in oppositum, per centrum ductis, quod vocant diametrum anteriorem, transversam et obliquam. Pertingit diameter anterior a symphysi pubis ad usque partem superiorem et viciniorem ossis sacri: longitudo illius a tribus pollicibus et semi ad quatuor, quatuor et semi extenditur. Diameter transversa ad angulos rectos anteriorem secans, in utroque latere aperturae terminatur, spatium peragrans pollice longius; hinc vulgo pollices quinque, additis etiam tribus imo et sex lineis continet. Diameter vero obliqua [1]) seu media, bifarium et aequaliter dividit angulos rectos a concursu priorum diametrorum efformatos: decurrit iste a marginibus internis utriusque cavitatis cotyloïdeae, ad usque unionem ossis sacri cum ossibus ilium. Licet diameter obliqua, in pelvi carnibus denudata, sex circiter lineis, ut plurimum, brevior sit transversa, attamen major illa est in parturiente [2]), et vulgo

anteriorem. Cum vero in duobus ultimis locis citius absolvatur ossificatio, quam in tribus aliis, necessum est pelvim, quae in recens natis fere circulum exhibet, ellipticam sensim fieri, qua proportione adolescunt.

1) Deventerica nostris. Cujus diametri originem falso celeberr. Deventero adscriptam adnotat Naegele in: *Das weibliche Becken* etc. pag. 48.

2) Conf. Saxtorph Theoria de diverso partu etc. Havn. et Lips. 1772. 8. §. VI. p. 16. „Diameter, quae dicitur transversalis seu major Smellii, minorem diametrum aperturae superioris,

ineunte labore partoritio, supernam capitis foetus ellipsin recipit, in quatuor ultimis speciebus primi partuum generis, qui solis naturae viribus peraguntur; ast in foemina pelvi donata, qualem modo diximus, major est diameter antica, et in hanc sese insinuat superior capitis foetus ellipsis; tunc occurrit fontanella posterior pone ossa pubis, ubi in aperturam superiorem aliquantulum detrusum est caput. Hunc situm, quamvis raro observandum veniat, unicum bonum dixere obstetricantes [1].

Inferior apertura antice incisa est angulo intro recedente, postice vero duobus angulis pariter intro recedentibus, dextri et sinistri nomine salutatis. Latera horumce angulorum ultimorum, totidem angulis prominentibus efformantur, qui posterior, dexter et sinister audiunt. Hujus aperturae inferioris dimensiones investigandi non alia est ratio, ac superioris; haec quoque suam ha-

conjugatam, aliis dictam, perpendiculariter in medio secans, non est, ut putavit egregius vir, omnium diametrorum hujus aperturae maxima. Datur nempe alia in pelvi carne denudata, maxime observabilis, quam appellamus obliquam, quae intermedia est inter conjugatam et transversalem, primo intuitu in pelvi nuda maxima est, in pelvi vero carne vestita minor videtur; quia musculus psoas, oblique ab insertione sua ad vertebras lumbares versus femur procedens, corpore suo partem posteriorem aperturae superioris prope promontorium ossis sacri utcunque tegit, et quasi obliterat, quo fit, ut diameter haec, per se maxima, minor in cadavere appareat."

1) Conf. supra pag. 68. annotat.

bet diametrum anteriorem, transversam et obliquam.

Diameter anterior decurrit a margine inferiori pubis, ad usque coccygis apicem: transversa emetitur spatium, quod postice inter binas ischiorum tuberositates interjacet: utraque obliqua sese extendit a ligamentorum sacro-ischiaticorum divisione, usque ad mediam et subanteriorem partem tuberum ischiorum. In pelvi rite conformata, cujus coccyx ad posteriora non reflectitur, aequales sunt praefatae diametri: tunc, a tribus pollicibus cum semisse ad quatuor pollices et semi, decurrit illorum longitudo, quae pro flexibilitate coccygis uno circiter pollice in diametro anteriori adaugetur[1]).

1) Flexibilitas ossis coccygis nimis interdum ab obstetricantibus aestimatur, et observatio, caput saepissime obliquum in apertura inferiore tenere situm, de quo supra pag. 75. huic de coccygis mobilitate theoriae in partu naturali multum ademit. Baudelocque jam meliora docuit, ut ex sequentibus ejus operis intelligimus: „Si la soudure intime des trois pièces qui constituent le coccix, ou celle de cette appendice avec le sacrum, est plus ordinaire que les autres défauts de conformation, elle ne s'auroit s'opposer à l'accouchement aussi souvent qu'on l'a cru; et si elle y met obstacle quelquefois, ce n'est que chez les femmes dont le bassin est d'ailleurs trop étroit. Ceux qui ont assuré que la pointe de coccix, dans tous les cas, se trouvoit reculée d'un demi-pouce, même d'un pouce, par la tête de l'enfant, n'ont pas connu le rapport des dimensions de cette tête avec celle du détroit inférieur dans le plus grand nombre des femmes car ils eussent vu que le diamètre qui se mesure de l'extremité de cette appendice au bord inférieure de la symphyse du pubis,

Pro vario loco, quo instituitur pelvis inferioris mensura, variat illius profunditas: vulgo a parte superiore ossis sacri ad coccygis extremum, haec assurgit ad quatuor et semi aut quinque pollices: si vero ad perpendiculum tuberositatis ischii mensuretur, altitudo trium pollicum et semi invenietur, dum ad symphysim pubis, pollicem unum cum tribus aut sex lineis, ad summum duos pollices, raro eadem explet. Notandum est, partem superiorem ossis sacri, ut plurimum uno circiter pollice, superiorem symphyseos pubis marginem supereminere [1]). Hinc fit, ut si cum obstetricantibns lineam a parte superna ossis sacri ad pubis symphysim duxeris, ut diametrum anticam aperturae hujus modi obtineas, major videbitur illa diameter quam revera est, non adeo enim producitur linea, quae a praefata symphysi horizontaliter pertingit ad usque proximam ossis sacri partem supernam.

Os sacrum cum osse coccygis interne combinatur, ad latera vero cum ossibus innominatis, quae et etiam invicem junguntur. Ab articula-

étoit absolument plus grand que celui que la tête présente dans cette direction, en se dégageant du bassin.“ Et: „Le plus souvent on attribue à cette soudure ce qui n'est qu'un pur effet de la résistance des parties externes de la génération.“ l. l. §. 105. p. 63.

1) Doctrinam de inclinatione pelvis brevibus solummodo verbis amplectitur Solayrés, quam recentiores majori indagavere diligentia atque studio.

tione vertebrarum non absimilis est articulatio ossis sacri cum coccygis osse: ista eo rigidior est, quo aetas maturior: non raro etiam in foeminis sexagenariis et in iis aetate licet minus provectis, in quibus mala fortuna pars sacri inferior fuit contusa, penitus evanescit. Articulationes ossium innominatorum inter se aut cum sacro fiunt per superficies amplas, inaequales, mediante substantia ligamentosa et cartilaginea, quae quandoque adeo sero imbuitur, ut sensibiliter circa ultima gestationis tempora, increscat spatium circulare aperturarum, imo mobilitate donentur ipsa ossa; quod, licet a clarissimis viris negatum, demonstrari tamen potest apud mulieres omnes, quae in partoritio vitam finiunt, aut quae aliquot a partu diebus fato funguntur: in ipsarum enim pelvi musculis denudata, facillimum est movere ossa, tum sacrum, tum innominata, quod desideratur in illis, quae nunquam peperere, aut jam dudum Matres sunt [1]. Plurimum firmantur prae-

1) Hanc ossium mobilitatem in puerperis post partum defunctis ipse vidi, et cartilagineas inter symphyses partes tumefactas inveni. Majus vero inde pelvis spatium fieri, haud observavi, veterumque quorundam de hac amplificatione sententiam, sub partu humano a se invicem removeri innominata pelvis ossa (Conf. Saxtorph l. l. §. XXIV et XXV.) jam dudum esse refutatam, inter omnes constat. — Conf. Osiander *Handbuch der Entbindungskunst* 1 *Th.* pag. 55, qui praeceptoris sui opinionis mentionem facit. „Sin unquam ossa pubis emoventur, in praeternaturali tantum partu; 2) ne in hoc quidem semper, sed ra-

dicti articuli ligamentis sacro-coccygeis, sacro-ischiaticis, etc. — Mutatio longitudinis tum absoluta, tum relativa in praedictis diametris, vitium conformationis audit. Juxta quosdam, pelvis transverse occlusa (gallice *barré*) dicitur, quando symphysis pubis nimis approximatur ad partem superiorem ossis sacri: juxta vero alios, cum symphysis illa profundior est aut crura pubis et ischiorum invicem propinquiora sunt[2]). Nostra quidem sententia, hoc nomen pelvi imponendum, quotiescumque apex anguli intro recedentis anterioris, non transscendet coccygis apicem sesquipollice aut duobus pollicibus, pelvi in plano horizontali ossium ischiorum tuberibus inniti supposita. Illud autem contingere potest, sive symphysis pubis nimium extendatur, sive os sacrum sit brevius, sive tandem ossa pubis plus aequo deprimantur, aut crura viciniora exhibeant. Vitium illud partui non multum officit, si de caetero majori inferioris aperturae spatio compensetur[1]): nullum enim aliud malum, ut plurimum ex illa formo-

rissime; 3) si quando in hoc certe non nisi in laboriosissimo; 4) tum maxime tantum, cum ipsa pelvis compages jam morbose adfecta est."

2) En duplicem pelvis vitiosae formam, quam nostri tribuunt pelvi rhachitide et pelv. osteomalacia confectae. — Conf. Baudel. l. l. §. 91. pag 52 et seq. — Burns the principles of midwifery. *Uebers. von* Kilian pag. 50 et seq. — Stein jun. *Lehre der Geburtsh. etc.* 1. *Th.* p. 85 et seq. — Kilian *Beitr. zu einer genauern Kenntn. d. allgemein. Knochenerweichung* etc. *Bonn* 1829. 4.

sa conformatione oritur, quam partialis laceratio perinaei, nullo obstetricantis molimine antevertenda.

Juxta observata clarissimorum virorum Puzosii *) et Smellii **, mulieribus, quae tenellae labe rhachitica laborarunt, pelvis ut plurimum rite conformata non est, dum e contra figura legitima gaudet in genere apud eas, quae aetate provectiores, videlicet circa tertium quartumve annum, morbo rhachitico fuerunt divexatae: imo asserit in praelectionibus domesticis celeberrimus A. Petitus, vix unquam fieri, ut lateat conformationis vitium in mulieris pelvi, quae post secundum a nativitate annum rhachitide tentari coepit.

III.

In foemina solemnis divisio partium mollium in externas et internas instituitur. In partium externarum censu, habentur mons Veneris, labia magna, clitoris, nymphae, meatus urinarius, ori-

*) Pages 6, 10.
**) Page 81.

1) Auxilium, quo natura in pelvi angusta usa sit, Solayrém vidisse, narrat Baudel. l. l. §. 96. p. 57. „M. Sol. a remarqué dans un cas de cette espèce, que la tête s'étoit alongée de manière que son grand diamètre avoit huit pouces moins deux lignes, celui qui passe d'une protubérance pariétale à l'autre s'étant réduit à deux pouces cinq à six lignes.“ Similes ipse adjecit observationes.

ficium vaginae, in virginibus hymen, in nuptis carunculae myrtiformes, furcilla, fossa navicularis, commissura anterior et posterior, varius apparatus glandulosus, quae omnia perreptantur vasis arteriosis, venosis, lymphaticis, nerveis.

IV.

Sub internarum titulo, veniunt uterus hujusque multigenae appendices, inter quas recensentur vagina, ligamenta rotunda, anteriora et posteriora, ligamenta lata in duplicem lamellam divisa, quarum una, anterior scilicet, tubam Falloppianam sustinet, dum postica amplectitur ovarium; tandem vasa de omni genere praefatis partibus dicata.

Praeterea dantur aliae partes molles ac vicinae, quarum cognitio neutiquam fugit artis peritos, ut sunt musculi pelvis, vesica, intestina, renes, ureteres, hepar, splen, stomachus, arteriae iliacae, venae congeneres, nervi ab osse sacro prodeuntes, magnus nervus sympathicus. Harumce partium adaucta actio vel imminuta, earum rigiditas vel relaxatio, tumores varii etc., partui non parum nocent.

V.

Uterus est viscus cavum, explanatum, figu-

ra triangulari praeditum, inter intestinum rectum et vesicam situm, cujus pars superior fundus dicta, postica tenet, dum inferior, antica. Longitudo illius, ut plurimum, excurrit a duobus pollicibus cum tribus lineis ad tres pollices. Variat autem hujus latitudo ; nam eo loco, quo inseruntur tubae Falloppianae, a sesqui pollice, imo et paulo ultra, ad pollices duos exporrigitur; dum in angustissima sui sede, vix unum pollicem explet. Quod ad parietes attinet, hi tres quatuorve lineas crassi deprehenduntur.

Forma triangulari donatus uterus dividendus venit in tres angulos, tres margines, duplicemque faciem, anticam scilicet et posticam, utramque peritoneo supertectam. Limbus superior aliis brevior est et transverse convexus. Limbi laterales ab anterioribus ad posteriora itidem convexi, aliquantulum concavi a parte superna ad infernam, atque inclinati ab exterioribus ad interiora. Ex horum limborum concursu nascitur angulus inferior, dum ab uno quoque eorumdem cum limbo superiore, efformantur anguli superiores, quo tendunt tubae Fallopianae, ligamenta ovariorum etc. [1]).

1) Res notissimas accuratius depingere noluit, quam ob rem το *etc.* non solum hanc finit divisionem , sed triplici illo *etc.* huic de mulierum organis generationi inservientibus descriptioni finem imponit, satisque inde elucet, Solayrém appendicem solummodo operi suo adjunxisse, iisque, quae partus naturalis

Praeterea subdividitur uterus in *fundum* et *corpus*, et *os tincae.* Occurrit fundus supra tubarum insertionem: immediate sequitur pars corpus dicta: collum vocatur pars angustissima: angulus, in quem inferne desinit uterus, os tincae dicitur, etc. etc. etc.

mechanismum illustrarent, descriptis, nil prorsus a parte sua restitisse addenda.



ADDENDUM.

Quum ultimae commentationis pagellae sub prelo sudarent, ad manus meas venit recentissima pars annalium, quibus titulus: *Gemeinsame deutsche Zeitschrift für Geburtskunde. Band V. Heft 3. Weim.* 1830. Ingenios. RITGEN pag. 389 — 395 ejusdem libri annotationes quasdam de mechanismo partus secundum SOLAYRÉM DE RENHAC communicavit, et quem commentatus est §. XVItum ex SOLAYRÉ ad hunc finem spectantem pag. 383 — 389 versione germanica adjecit. Impedivit me commentatio mea per typos fere finita, quominus laudato operi eam, qua dignus est, rationem haberem; ne vero opprobrio, me quidquam ad auctorem meum spectans omisisse, succumbam, sub fine operis, quod licitum adhuc erat, lectoribus annotationes istas commendare sufficiat.

TYPIS KRIEGERI ACADEMICIS MARBURGENSIS.

